tate sua fuit punitus: etiam princeps vester puniri debet: quia exhortator mãdatoris opera fungitur: vt. ff. de his qui no. infa. lege ab hoc verbo. Ideo dico φ sententialiter ⁊ iuridice debz priuari isto dominio. queadmodũ Esaias ppheta ca. xlvij. publice scripsit dic. Redẽptor noster deus exercituũ, nomẽ illi⁹ sanct⁹ israel. Ultionẽ capiã ⁊ nõ resistet mihi homo. Denuda turpitudinẽ tuã: discoopi humerũ tuũ: reuela crura: transi flumina: sede: tace: ⁊ intra in tenebras filia caldeoꝝ: id est infernoꝝ. quia nõ vocaberis vltra domina regnoꝝ. Iratus sum sup populũ: ⁊ contaminaui hereditatẽ meã: ⁊ dedi eos in manu tua. Nõ posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugũ tuũ valde: ⁊ dixisti. In sempiternũ ero dña. Nõ posuisti hoc super cor tuum: nec recordata es nouissimi tui. Et nũc audi hec delicata ⁊ habitãs cõfidenter: que dicis in corde tuo ego sum: ⁊ nõ est preter me amplius. Nõ sedebo vidua: ⁊ ignorabo sterilitatẽ. Uenient hec duo tibi: hec duo subito in die vna: sterilitas ⁊ viduitas. Uniuersa hec venerũt sup te propter multitudinẽ maleficiorũ tuorũ: ⁊ propter duriciã incãtatorũ tuoꝝ vehementer. Et fiduciã habuisti in malicia tua: et dixisti non est qui videat me. Sapiẽtia tua ⁊ sciẽtia tua decepit te: ⁊ dixisti in corde tuo. Ego sum: ⁊ nõ est preter me vltra. Ueniet super te malũ: et nescies ortũ eius: ⁊ eruet super te calamitas quã non poteris expiare. Ueniet super te miseria repente: quã nescies. Sta cũ incãtatoribus tuis: ⁊ cũ multitudine maleficoꝝ tuoꝝ in quibus laborasti ab adolescẽtia tua: si forte qd prosit tibi: aut si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine cõsiliorũ tuorũ. Stent ⁊ saluent te augures celi qui cõtẽplabãtur sydera celi ⁊ supputabãt mẽses: vt ex eis annũciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula: ignis combussit illos. Nõ liberabũt animã suaz de manu flãme. non sunt prune quib⁹ calefiant: neqꝫ focus vt sedeãt ad eũ. Sic facta sunt tibi in qbuscũqꝫ laboraueras Negociatores tui ab adolescentia sua vnusquisqꝫ in via sua errauit: nõ est qui saluet te Item eiusdem xlv. ca. Christo meo cyro cuius apprehendi dexterã: vt subijciã ante faciẽ eius gentes: ⁊ dorsa regũ vertã: ⁊ aperiã ante eũ ianuas: ⁊ porte non claudẽtur. Itez xlix. Et dixi. In tẽpore placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus suz tui. Seruaui te et dedi te in fedus populi: vt suscitares terras ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt exite: et his qui in tenebris reuelamini. Et infra. Uiuo ego dic. dñs: quia oib⁹ his velut ornamento vestieris: ⁊ circundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue nunc angusta erunt pre habitatoribus: ⁊ longe vagabuntur qui absorbeant te. Hec ibi. Belyal audita ista sententia ait. Iustissime deus nihil scio de hac sententia: et non credo eam recte latã: quia nunqꝫ ad eam audiendã Sathan vel infernalis congregatio fuerunt citati neqꝫ vocati. Si eniz fuissent presentes ⁊ non appellassent: tũc iudicio succũberent. vt notat Innocẽtius Extra de probationib⁹. ca. Quoniã in summa. Et de probationibus ca. i. in clemẽtinis. Ex quibus omnib⁹ habetur quod dixi. Respondit misericordia dicẽs. Clemẽtissime domine ad hanc sententiã audiendã fecisti citari Sathanã ⁊ infernũ: prout testatur Esaias. pmo ca. dicẽs sub hac forma. Audite verbũ domini principes sodomoꝝ. i. peccatoꝝ. auribus percipite legẽ dei vestri populus gomorre. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij. Iusticia habitauit i ea: nunc autez homicide. Argentũ tuũ versum est in scoriã: vinũ tuũ mixtũ est aqua. Principes tui infideles: socij furũ: omes diligũt munera: sequũtur retributiões. Pupillo nõ iudicant: ⁊ causa vidue non ingredit ad eos Propter hoc ait domin⁹ deus exercituũ fortis israel. Heu ego consolabor de hostib⁹ meis: ⁊ vindicabor de inimicis meis. Conuertam manũ meã ad te: ⁊ excoquã ad purum scoriã tuaz: ⁊ auferã omne stannũ tuũ. ⁊c. Item fecisti citari eundẽ Sathan per Ezechielẽ prophetã. xxviij. ca. pro eo φ superbe dixerat De⁹ ego sum: in hec verba. Et factũ est verbũ domini ad me dicẽs. Fili hominis dic principi tyri. hec dicit domin⁹ Pro eo φ eleuatũ est cor tuũ: ⁊ dixisti: deus ego sum: ⁊ in cathedra dei sedi in corde maris: cum sis homo ⁊ nõ deus: ⁊ dedisti cor tuũ quasi cor dei. Ecce sapientior tu es Daniele: omne secretum non est absconditũ a te. In sapiẽtia tua, ⁊ prudentia fecisti tibi fortitudinẽ: ⁊ eleuatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hec dicit, dominus. Pro eo φ eleuatum est cor tuũ quasi cor dei: idcirco adducã sup te alienos robustissimos gentiũ: ⁊ nudabũt gladios suos super pulchritudinẽ sapientie tue: ⁊ pollũent decorez tuũ ⁊ interficient te:

et detrahent te: ꝛ morieris in interitu occisorum in corde maris. Nunquid dices. Deus ego sum. ꝛc. Item tertio fecisti citari Sathan per eundē Ezechielē. xxix. ꝛ. xxxij. c. sub hac forma. Factū est verbū dñi ad me dicēs Fili hominis loquere cū pharaone ꝛ dices. Hec dicit dominus. Ecce ego pharao rex egypti draco magne qui cubas in medio fluminū tuorū: et dicis. Meus est fluuius: et ego feci meipm. ꝛ ponā frenū in maxillis tuis: ꝛ leoni gentiū assimilatus es: draconi qui est in mari. Et ventilabas cornu in fluminibus tuis: ꝛ conculcabas flumina eorū. Propterea expandā super te rhete meū in multitudine populorū meorū: ꝛ extraham te in sagena mea: ꝛ proijciā te in terram. ꝛc. Ecce o Belyal quāta equitate ꝛ iusticia vsus est deus. Tres enim citationes fecit fieri ad conuincendā maliciā Sathane principis tui: q requirebātur ad sententiā promulgandā: vt Extra de dolo ꝛ contumacia. ca. Preterea. ꝛ. c. Cum olim. Insuper ego adducā testes qui probabunt ad plenū de nequicia ꝛ sceleribus que sunt per principē infernalē in regno dei cōmissa atq patrata. Propter quod merito debet priuari principatu super humano genere. Et statim citati fuerūt Dauid ꝛ Ezechiel: qui duo sufficiūt. Quoniā in ore duorū vel triū stat omne verbum: vt Extra de testibus. ca. In nomine. Et. ca. Licet. Statimq Dauid affuit dicens. Deus vltionū dominus: deus vltionū libere egit. Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur? Populū tuū dñe humiliauerūt et hereditatē tuā vexauerūt. Viduā et aduenā interfecerūt: ꝛ pupillos occiderūt ꝛ dixerunt. Non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Polluerunt templū sanctū tuū: posuerunt hierusalē in pomorū custodiam. Posuerunt morticina seruorū tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorū tuorū bestijs terre. Effuderunt sanguinē ipsorū tanq aquā in circuitu hierusalē: ꝛ non erat qui sepeliret. Incenderūt igni sanctuariū tuū: in terra polluerūt tabernaculū nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorū simul quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Vide domine quāta malignatus est inimicus in sancto. Ecce testimoniū dauid. Cōfestim assurrexit Ezechiel propheta. xxij. dicēs. Ecce principes israel: singuli in brachio suo fuerunt in hierusalem. ꝛ effuderunt sanguinē. patrē ꝛ matrē contumelijs affecerunt in ea. Aduenam calumniati sunt in medio eius. Pupillam ꝛ viduam contristauerunt apud ipsam: sanctuaria tua domine spreuerunt: ꝛ sabbata polluerunt. Scelus operati sunt in medio eius: verecundiora patris discooperuerunt: immunditiā menstruate humiliauerunt: ꝛ vnusquisq in vxorē proximi sui operatus est abominationē: et socer nurū suā polluit nepharie: frater sororē filiam patris sui oppressit in te. Et sic tui deus fuerūt obliti.

Deus.

E quibus testibus plenissime deus informatus: vt iudex de iuridica priuatiōe totius impij principis infernalis: sic fuit allocutus. Hec dicit dominus. Audiui vniuersa opprobria tua q locutus es de mōtibus israel dicens. Deserti dati nobis sunt ad deuorandū: ꝛ insurrexistis aduersum me ore vestro: ꝛ derogastis aduersum me verba vestra. Ego audiui hec dicit dominus: letante vniuersa terra. In solitudinē te redigam: sicut gauisus es super hereditate domus israel eo q fuerit dissipata: sic faciam tibi. Ezechielis. xxxv. Ecce Belyal qualiter Sathan fuit citatus: si non comparuit fuit contumax. Sententia autē bene fertur in citatum et contumacē: vt Extra de officio delegati. caplo. Consuluit. in glosa. et Extra de dolo ꝛ contumacia caplo. Veritatis. Et de verborū significatione. caplo. Sepe. in Clementinis.

Bel.

Que audiens Belyal stupefactus et confusus inclinās se corā iudice dixit. Audiui dauid prophetam tuum dicentem. Homines ꝛ iumenta saluabis domine: quēadmodū multiplicasti misericordiam tuam deus. Nunquid demoniorum misereberis: cum sint digniores iumentis ipsi demones?

Mi.

Respondit misericordia dicens. Illorum deus miserebitur: qui confitentur delicta sua: ꝛ propter iniusticias suas humiliantur.

Bel.

Ait Belyal. Quid volunt confiteri demonia contra se: cū nihil mali fecerint: et deus gratis ea dānauit.

Mi.

Respondit misericordia. Lege Esaiā. xiiij. caplo scies quid demonia fecerint. Ibi eñ dic sic. Quō cecidisti de celo lucifer q mane oriebaris: Corruisti i terrā q vulnerabas gētes q dicebas i corde tuo. In celū conscēdā: supra astra dei exaltabo soliū meū: sedebo in mōte testamenti. ꝛc.

Bel.

Ait Belyal. Verū est q princeps nr dixit. Ponā sedē meā in aquilone: ꝛ ero similis altissimo. Sed tñ nō posuit licet dixit. ꝛ qui dicit ꝛ non exequitur illud dicitur non facere: et ita non meretur penā. Argumētū huius habet de electione ca. Perpetue. libro. vi.

Mi.

Respon

dit misericordia. valde erras Belial: nescis quia in delictis respicit voluntas: vt Extra de eo qui mittitur in possessionē causa rei seruāde ca. i. Et de penitētia dist. i c. Si quis cū telo. Unde peccatū hoīs est remediabile: nō aūt peccatū demonis. Ad quod probandū adduco sex rationes tales. Prima ratio est quātū ad virtutē naturalē vtriusq: qm̄ quo ad virtutē cognitiuā angelus cognoscit in virtute lucis plene per intellectū deiformē vt possit totū cōsiderare sine inq̄sitione qd ad electionē alicuius pertinet: vt sic per ignorantiā nō excusaretur. Sicut homo qui cognoscit que agenda sunt deliberādo per rationē que est quasi quedā obūbratio intellectus: vt dicit ysaac. v. de definitionib⁹ Et sic principiū demonis dissimile est principio hominis ꝓpter infirmitatē humane cōditiōis: vt de penitētia. dist. ij. §. Ex ergo ante mediū Etiā quo ad effectiuā: quia volūtas angeli est inuertibilis post electionē cū sit infra volūtatē diuinā que est inuertibilis ante ꝛ post Et supra voluntatē humanā que est vertibilis ante ꝛ post. Ideo angelus semp inheret malo immobiliter: qd peccādo appetit. Unde mala voluntas demonis pro facto reputatur: vt. xxij. q v. ca. Si paulus. Sed nemo dānatur nisi ex merito male volūtatis: nec liberatur nisi bonā habuerit volūtatē. xxiij. q. iiij. ca. Displicet. Scḋa ratio est quātū ad naturā vtriusq: quia angelorū natura nō ꝓpagatur ex vno ex quo viciū contrahat sicut natura humana. ideo nec p vnū cōgruit eā repari. Unde Paul⁹ Roma v. Sicut p vnū hominē in hūc mūdū peccatū intrauit ꝛ per peccatū mors: ita ꝛ in oēs hoīes mors pertransijt: in quo omnes peccauerūt. Si enim vni⁹ delicto multi mortui sunt: multo magis gratia dei ꝛ donū in gr̄a vni⁹ hoīs iesu christi in plures abūdauit. Nam hō dicit̄ imago dei: p hoc ꝙ sicut de⁹ principiū est hoīm per creationē: sic hō prim⁹ est ꝑncipiū alioꝝ per ꝓpagationē: vt xxxiij q. vlti ca. Hec imago. Sic xp̄s debet esse principiū eoꝝ per redēptionē. Tertia rō est q̄tū ad statū vtriusq quia homo non peccauit in termino sue vie sicut angelus: cui ad primā electionē status vie finit⁹ est. Hoc eñ est hoīb⁹ mors: qd angelis casus. Sed hō post mortē suā nō pōt penitere de peccō suo. Et morienti in peccō mortali non prosunt orōnes nec oblationes viuoꝝ: nec cetera suffragia ecclesie: vt. xiij. q. ij. ca. Quibus. ꝛ. vij. capitulis sequētib⁹. Quonīā in inferno nulla est redemptio. Job. vij Qui descendit ad inferos non ascendet. ꝛc. Quarta rō est quātū ad peccatū vtriusq: quia angelus supbiuit ex appetitu potentie quā natura creata nō potest recipere in magna pfectione: homo vero supbiuit ex appetitu sciē: cui⁹ natura creata est capax Exēplū Anima xp̄i habuit omnē sciētiā: nō tñ omnipotētiā. Etiā homo peccās cogitauit de venia: ꝛ in aliquo decept⁹ est. Quia vt dicit magister libro. ij. sententiarū dist. xxij Plus peccauit mulier ꝙ vir: que voluit vsurpare diuinitatis equalitatē: ꝛ nimia p̄sumptiōe elata credidit sic esse futurū. Adā vero nec illō credidit: ꝛ de penitētia ꝛ de mīa dei cogitauit dū vxori morē gerēs eius persuasioni cōsensit: nolens eā contristare ꝛ a se alienā relinquere ne periret arbitrās illud esse veniale: nō mortale delictū. Unde Aug. Apostolus inquit adā nō est seductus: qd vtiq ita accipi potest vt intel'igat̄ nō esse seduct⁹ prior vel in eo in quo mulier: vt scilicet illō crederet esse verū. Eritis sicut dij: sed putauit vtrūq posse fieri: vt et vxori morē gereret: et per penitētiā veniā haberet. Min⁹ ergo peccauit q̄ de penitētia ꝛ dei mīa cogitauit. hec magister. Sed angel⁹ peccās neutrū horum cogitauit. Adde huc etiā: quia angel⁹ nullo suggerēte peccauit: hō vero suggestione dyaboli peccauit: ergo alteri⁹ auxilio debet liberari ꝛ saluari vt hec sibi correspōdeāt. Quīta ratio est q̄tū ad misericordiā dei: quia tota natura humana est lapsa in vno parente nō aūt tota natura angelica: ergo magis est indecēs ꝙ tota natura hūana relinquat̄ sub dānatione ꝙ natura angelica que non tota corruit. Unde dauid ꝓpheta in p̄s. dic̄. Miserator ꝛ misericors dn̄s: lōganimis ꝛ multū misericors. Nō imppetuū irascetur: neq in eternū cōminabitur. Non s̄m peccā nostra faciet nobis: neq s̄m iniq̄tates nostras retribuet nobis. Qm̄ s̄m altitudinē celi a terra. ꝛc. vsq ad. Mīa aūt dn̄i ab eterno ꝛ vsq in eternū sup timētes eū. Sexta rō est q̄tū ad iusticiā dei: q: oēs illi ad quos corruptio pctī primi hoīs ꝑuenire debebat nedū erāt in actu sed in virtute tñ. ideo nō decet vt prius ꝙ sint vltimā dānationē recipiāt: sic oēs angeli actu existētes xp̄o arbitrio peccauerūt: vt declarat magr̄ sentētiarū. Li. ij. dist. v. c. Debāt eñ oēs. ꝛc. ¶ Justicia aūt auditis rationib⁹ misericordie instabat apud equissimū iudicē dicens. Aduocētur angeli sancti

et audiatur iudiciū coꝝ in medio: an velint
deponere aliqd cōtra gen⁹ hūanū. Quib⁹ ad
uocatis audita est vox angeloꝝ: dicētiū illud
Apo͞c xix. Alla Laus ⁊ glia ⁊ virt⁹ deo nr̄o
est: q: vera ⁊ iusta iudicia ei⁹ sunt. Gaudea-
mus ⁊ exultem⁹ ⁊ dem⁹ gloriā ei: q: venerūt
nuptie agni: ⁊ vxor ei⁹ scʒ natura hūana ꝑpa
rauit se. Et ꝓtestati sunt angeli ꝙ meli⁹ ē na
turā hūanā saluari. ꝓpter hec bn̄ficia que ex
hoc cōsequētur q̄ etiā eis cōueniūt de rigore
iusticie. Et sunt ista. Primo: q: natura nr̄a
summe nobilitabit̄ si aīa rōnalis saluabit̄ ꝓ
pter plenitudinē scīficatōis aīe xp̄i. Luc. ij.
Hic erit magnus ⁊ fili⁹ altissimi vocabitur. ⁊
dabit illi dn̄s. ⁊c̄. Scd̄o q: nr̄a ierarchia re
parabit̄ dū ciuitas celestis depopulata: ⁊ per
casum maloꝝ angeloꝝ diminuta augmētabi
tur hoibus: velut celestis ciuitat̄ cōciuib⁹. ⁊c̄.
Tercio: q: hostiū nostroꝝ seuicia supabit̄.
Licʒ eni cū dracone ⁊ angelis ei⁹ pugnaue
rim⁹ ⁊ eos hinc expulerim⁹: tamē sup terram
plus inualuit draco cū angelis suis ꝙ nos
cū nō solū vincāt sed ⁊ regnēt in mūdo. ⁊ in
de trahāt hoīes i infernū. ⁊c̄. Quarto. quia
nostra custodia circa hoīes roborabit̄. Ecce
eni a pncipio creationis cuiusqʒ aīe deputa
tur vn⁹ ex nobis ad custodiā illi⁹. Quid pro-
dest hec custodia circa hoīes: cū tādē dānen-
tur. ⁊c̄. Quinto: q: nostra cōgregatio sum-
me illuminabit̄. dū iusticia ⁊ sacramenta dei
clari⁹ in saluatis hoibus cōtuebimur. His di
ctis statim angeli cantauerūt: dicētes. Bene
dicta gloria dn̄i de loco sancto suo. Sed qm̄
lex data est a deo hoibus ꝑ nos tanqʒ ꝑ mi
nistros: gen⁹ hūanū oīno debet liberari ꝓpt̄
instrumēta publica q̄ habet ꝓ se ⁊ non natu
ra diabolica. Statim affuit iusticia dicēs an
teqʒ in sententia ꝯcludat̄ pars aduersa tenet̄
exhibere instrumēta. vt Extra de fide instru-
mētoꝝ. c. Cū dilect⁹. ideo eqssime iudex peto
vt videātur hec instrumēta gn̄is hūani: quia
subtrahēs instrumētū aduersarioꝝ debet pu
niri a iudice. Extra de testib⁹ cogēdis. c. Per
uenit. Citato ergo hūano genere ad publica
tionē instrumētoꝝ accessit primo Adā. ⁊ ꝓ-
tulit instrumentū suū cōtinēs liberationē hu
mani gn̄is ⁊ assignauit illō archāgelo micha
eli pncipi sup aīab⁹ suscipiēdis: qui explicās
instrumentū corā celesti curia: sic legit. Hoc
nunc os ex ossib⁹ meis ⁊ caro de carne mea.
quapropter relinquet hō patrē ⁊ matrē ⁊ ad
herebit vxori sue: ⁊ erunt duo in carne vna.
Geñ. ij. Sup quo dicit apl's Ephe. v. Xp̄us
dilexit ecclesiā et seipm̄ tradidit pro ea vt il-
lam sanctificaret: mūdās eā lauachro aq in
verbo vite: vt exhiberet ipe sibi gloriosam ec
clesiā: nō habentē maculā neqʒ rugā. aut ali-
quid eiusmodi: sed vt sit sancta ⁊ immacula
ta. Hoc eni magnū sacramentū est in xp̄o ie
su ⁊ in ecclia. Tūc ait iusticia ex sigillo priui-
legij vel instrumenti. debet cognosci veritas
vel falsitas instrumēti: vt hētur Extra de f. ī
instrumētoꝝ. c. Inter dilectos. ꝓpterea vidē
dū est sigillū hui⁹ instrumēti. Videt Micha
el. Sigillū nō ꝓbat nisi sit autenticū. Extra
de fide instrumētoꝝ. c. ij. Sigillū aūt princi-
pis est autēticū: vt hētur eodē titulo. ca. Cū
dilectus. Sed hoc instrumentū est robora-
tū quattuor sigillis dei. In primo sigillo ē hō
dormiēs: de cui⁹ costa formatur mulier. Ait
tūc deus pater: illud qō ponit magr̄ sententia-
rū. li. ij. dist. xviij. ca. iij. Nō sine causa quoqʒ
dormiēti viro potius ꝙ vigilāti detracta est
costa: de qua mulier in adiutoriū gn̄ationis
viro est formata: scʒ vt nullā in eo sensisse pe
nā mōstraret̄: ⁊ diuine simul potētie op⁹ mirabi
le ꝓbaret̄: que hoīs dormiētis latus aperuit
nec tamē eum a quiete soporis excitauit. In
quo etiā ope sacramentū xp̄i ⁊ ecclesie figu
ratū est. Quia sicut mulier de latere viri dor
miētis est formata: ita ecclesia ex sacramētis
que de latere xp̄i in cruce dormiētis ꝓfluxe-
rūt. hec mgr̄. In scd̄o sigillo est paradisus
deliciarū: a quo egrediūtur quattuor flumia
⁊ lignū vite in medio eius. Ait tūc deus pa-
ter illō qō ponit Aug. li. xiij. de ciui. dei. c. xxi.
dic̄. Possunt hec in ecclesia intelligi vt ea me
lius accipiam⁹ tanqʒ ꝓphetica indicia prece
dentia futuroꝝ paradisum scʒ ipam ecclesiam:
sicut de illa legit̄ in cātico canticoꝝ. Quattu-
or autē flumina paradisi quattuor euāgelia: li-
gna fructifera sctōs: fructus aūt eoꝝ opa eo
rum: lignū vite sanctū sctōꝝ vtiqʒ xp̄m. Hec
Aug⁹. Sicut eni fluui⁹ egrediebat̄ a loco vo
luptatis ad irrigandū paradisum: ita fluui⁹
sapiētie verbū dei in excelsis debet fundere
flumina grāꝝ ⁊ misericordiarū. Inebriabū
tur eni hoīes ab vbertate dom⁹ eius: ⁊ torrēte
voluptatis sue potabit eos. In tertio sigil-
lo erat homo format⁹ de terra virgine. Ait
tūc deus pater. Sicut prim⁹ adā de terra vir
gine format⁹ est opatione spūs sancti: ita se-
cūdus adā ex virgine opatione spūs sancti
formari debet. In quarto sigillo erat hō trāš
latus in paradisū a cāpo damasceno: in quo
cōditus fuerat. Ait deus pater illud qō ponit

magister sententiarū li.ij.dist.xvij c iiij. dicēs. Homo extra paradisum creat' postmodū in paradiso fuit posit' vt nō nature sed grē hoc assignaret. hec mgr. Insup vt xp̄s extra paradisum hūanitatis in celū gen' humanū trāsferret. Et ita instrumentū ade autēticis priuilegiis insertū est fore munitū et roboratū: vt patet. Secūdo accessit Noe et ptulit instrumētū sibi traditū qd̄ et tradidit michaeli qui explicans illud sic legit. Hoc erit signū federis qd̄ do inter me et vos et ad oēm aīam viuētē que est vobiscū in generatiōes sempiternas Arcū meū ponā in nubib': et erit signū federis inter me et inter terrā. Cūqz obduxero celū nubib': apparebit arc' me' in nubibus: et recordabor federis mei qd̄ pepigi vobiscū et cū omni aīa viuēte que carnē vegetat. Gen. ix. De' pater exposuit qd̄ hoc instrumētū contineret dic. Sicut arc' federis iuxta quattuor elemēta integrat' quattuor colorib': sic xp̄s quattuor virtutib' decorabitur p hūanitatē figuratā in nubib': scz colore terreo mēdicitatis et indigētie. Colore aqueo sinceritatis et pudicitie. Colore aereo benignitatis et innocētie. Colore igneo caritatis et amicitie. Apparebit itaqz arcus in nubib'. id est xp̄s in humanitate: in signū satisfactionis. recōciliatiōis. sustētationis. glorificationis. Unde Iohēs Apo. x. dic. Uidi angelū dei fortē descendētem de celo amictū nube et yris in capite ei' Tūc ait iusticia. Declara sigillū huius instrumenti. Et michael archāgel' demōstrauit archā grandē: per quā octo aīe salue facte sunt in diluuio aquarū multarū. Ait tūc de' pat illud qd̄ ponit ab Aug'. xv. li. de ciui. dei. ca. xxvij. dic. Proculdubio figura est peregrinantis in hoc seculo ciuitatis dei: hoc est ecclesie que fit salua per lignū in quo pepēdit mediator dei et hoīm hō xp̄s iesus. Et ita instrumētū Noe autētico priuilegio firmatū cōstat. et c. Tertio accessit abrahā: et pferēs instrumētū suū tradidit illd̄ archāgelo michaeli legēdū: qd̄ explicās legit sic. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui: et veni in terrā quā mōstrauero tibi: et faciā te in gētē magnā: et bn̄dicā tibi et magnificabo nomen tuū: erisqz benedictus. Gen. xij. De' pater exposuit hoc instrumentū sicut dic. Augustin' libro. xvi. de ciuitate dei caplo. xvi. sic. Aduertēdū est duas res promissas abrahe Unā scilicet qz terrā chanaā possessurū fuerat semen eius. qd̄ significatur vbi dictū est. Uade in terrā quā tibi monstrauero: et faciā te in gentē magnā. Aliā vero longe prestantiorem: non de carnali sed de spirituali semine. per qd̄ pater est nō vnius gētis israeliticę: sed omniū gentiū que fidei eius vestigia cōsequūtur. qd̄ promitti cepit his verbis. Et benedicētur in te omnes tribus terre. hec ille Tunc iusticia dixit. Demonstra sigillū huius priuilegij: et apparuit clibanus fumās et lampas ignis transiēs per diuisiones illas. Genes. xv. Ait tūc deus pater. In occasu solis: id est in mundi termino apparebit fornax fumans: id est vterus virginis tumescēs ope spūs sancti: quia spūs sctūs supueniet in mariā virginē: et virtus altissimi obumbrabit ei. Nam propter syon nō tacebo: et propter hierusalē non quiescā donec egrediatur vt splēdor iustus eius: et saluator eius vt lāpas accendatur. Esaie. lxij. Quarto accessit ysaac et protulit instrumētū suū michaeli: quod explicans legit sic. Complēs iuramentū quod spopōdi abrahā patri tuo. Multiplicabo semē tuum sicut stellas celi: daboqz posteris tuis vniuersas has regiones: et benedicētur in semine tuo omnes gentes terre. Genes. xxvi. Deus pater exposuit hoc instrumentū: sicut dicit Augustin' li. xvi. de ciuitate dei. c. xxxij. dic. Non qui filij carnis hi filij dei sunt: sed qui filij promissionis hi deputātur in semine. Ac per hoc filij promissionis vt sic semē abrahe in ysaac vocātur. hoc est in xp̄o vocante gratia cōgregantur. hec ille. Tunc iusticia inqt. Demōstra sigillū huius instrumēti. et appuit ager quia ysaac egressus fuerat ad meditandū in agro inclinata iā die: quādo veniēte rebecca accepit eā in vxorē. Genes. xxiiij. cap. Ait tunc deus pater. Vergēte mūdi vespere tāq̄ spōsus de thalamo filius dei egressus honestissima virginis matris clausula: vt despōsaret sibi naturā humanā. Ecce sigillū priuilegij ysaac vt patz. et c. Quinto accessit iacob et presentauit instrumentū suū michaeli: qd̄ explicans legit sic. Ego sum dn̄s deus abrahami patris tui: et deus ysaac. Terraz in qua dormis tibi dabo et semini tuo: eritqz germē tuū quasi puluis terre. Dilataberis ad orientem ad occidentē: septētrionē: et meridiē. Et benedicētur in te et in semine tuo cuncte tribus terre. Et ero custos tuus quocūqz perrexeris: et reducā in terrā hanc nec dimittā nisi cōpleuero vniuersa que dixi. Genesis. xxviij Deus pater exposuit hoc instrumentū sicut dicit Aug. libro. xviij. de ciuitate de. c. xxix. sic. Hinc iam intelligite segregatū semen iacob

ab alio semine ysaac: quod factū est p esau. Quādo em̄ dictū est: in ysaac vocabitur tibi semen: pertinēs vtriꝗ semen ad ciuitatē dei separatū est unde aliud semen abrahe: quod erat in ancille filio: et qd̄ futurū erat in filijs cethure. Sed adhuc erat ambiguū de duob' geminis filijs ysaac vtrum ad vtrūꝗ an ad vnū eorū: qd̄ nūc declaratū est: cū prophetice a patre bn̄dicitur iacob: ꝛ dicit ei. Et eris in cōgregatione gentiū: ꝛ det tibi deus benedictionē abrahā patris tui. Tunc iusticia inquit. Demōstra sigillū huius priuilegij: ꝛ apparuit scala firmata super terrā: cuius caput pertingebat ad celū: ꝛ angeli dei ascendebāt ꝛ descendebāt per illā: ꝛ dn̄s incūbebat sup illā. Gen. xxviij. Ait tunc deus pater illud quod dicit Aug. libro. xvi. de ciuitate dei ca. xl. Scalā istā intelligitur ipe saluator optime in memoriā reuocare: vbi cū dixisset de Nathanaele. Ecce vere israelita, in quo dol' non est. quia israel viderat istā visionē. Ipe ē em̄ iacob. Eodē loco ait. Amē dico vobis videbitis celū apertū ꝛ angelos dei ascendentes ꝛ descendētes super filiū hoīs. hec ille. Et sic patet. Sexto accessit ioseph ꝛ presentauit instrumentū suū michaeli: quod explicās legit sic. Nolite pauere: pro salute enim vestra misit me domin' ante vos. premisit me deus vt seruemini super terrā. Dei em̄ voluntate huc missus sum. Gen. xlv. Deus pater exposuit hoc instrumentū vt dicit August. in sermone de Joseph sic. Joseph interpratur augmētatio vel ampliatio quā non habuit nisi egyptus: sed in christo augmentū habere meruit vniuersus mūdus. Ille erogauit triticū: sed christus erogare dignatus est dei verbum. hec ille. Tunc iusticia inquit. Videam' sigillum huius instrumenti: et apparuerunt tres propagines. Ait tunc deus pater. Tres propagines tres adhuc dies sunt post quos recordabitur pharao ministerij tui: ꝛ restituet te in gradū pristinū. Gen. xl. Sic ergo apparet instrumentū ioseph validissimo sigillo fore signatū. Et sic patet. ꝛc̄. Septimo accessit moyses ꝛ presentauit instrumētū suū michaeli: quod explicans legit sic. Vidi afflictionē populi mei in egypto: ꝛ clamorem eius audiui: ꝛ sciens dolorē eius descēdi: vt liberē eos de manibus egyptiorū. ꝛ vt educerē de terra illa in terrā bonā ꝛ speciosam: in terrā que fluit lacte ꝛ melle. Exodi. iij. Deus pater exponēs hoc instrumētū ait. Moyses personā christi gerit: vt habetur de penitentia dist. iij. §. Inter hec. In signū ꝙ christus debet educere humanū genus ab inferno: ꝛ introducere in hāc ciuitatē celestē. sicut scriptū est. Introduces eos ꝛ plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo quod operatus es dn̄e: sanctuarium tuū dn̄e. quod firmauerūt manus tue. Tūc iusticia inquit. Ostende sigillū huius instrumenti: ꝛ apparuit sabulū in quo abscondit' fuit vir egyptius percutiēs quēdā ex hebreis. Ait tunc deus pater. Hec est figura qua designatur ꝙ christus per carnē assumptā debet occidere dyabolū persequentē fideles ꝛ abscondere ꝛ concludere in inferno. Octauo accessit Aaron ꝛ presentauit instrumētū suū michaeli: quod explicās legit sic. Portabit Aaron iniquitates eorum que obtulerint ꝛ sctificauerint filij israel in cunctis muneribus ꝛ donarijs suis. Deus pater exposuit hoc instrumētū sic. Deponet christus tāꝗ summus sacerdos oēs iniquitates humani generis: ꝛ proijciet omnia peccata eius: quoniā ipse est saluator omniū. Et sicut virga Aaron deuorauit virgas magorū: vt dicitur. xxvi. q. v. ca. Nec mirum. Sic potestas christi auferet potestatē dyaboli: quoniā factus est principatus eius super humerū ei'. Tunc iusticia inquit. Demonstra sigillū huius instrumenti: ꝛ apparuit vrna plena oleo ꝛ vnguento. Ait tunc deus pater. Quēadmodū oleo consecratus est Aaron: sic christus consecrari debet. De quo dicitur. Dilexisti iusticiā ꝛ odisti iniquitatē propterea vnxit te deus. de' tuus oleo leticie. ꝛc̄. Nono accessit Gedeon ꝛ protulit instrumētū suū qd̄ explicans michael legit sic. Vade in hac fortitudine tua ꝛ liberabis israel de manu madian. Scito ꝙ miserim te ego ero tecū: ꝛ percuties madiā quasi virū vnū. Judic. vi. Deus pater exposuit hoc instrumentū: vt dicit Augustin' libro de salutarib' documētis sic. Christus ideo dicitur redemptor: quia gen' hūanū redemit a captiuitate dyaboli. Saluator: ipsum saluando a peccatis suis. Adiutor: ipsum adiuuando in oportunitatibus in tribulatione. Protector: ꝓtegēdo: vt inter inimicos maneat illesum. Susceptor ipsum suscipiēdo in eterna tabernacula. hec ille. Tūc iusticia inquit. Demōstra sigillū hui' instrumēti. Et apparuit pluuia descēdēs in vellere terra nō madefacta. Ait tūc deus pater. Descendet sicut pluuia in vell'. ꝛc̄. Decimo accessit dauid ꝛ protulit instrumētū suū, qd̄ ex

p'lcãs michael legit sic. Iurauit dñs dauid
veritatē ꝛ nō frustrabit eũ. de fructu ventris
tui ponã ſup ſedē tuã. qm̃ elegit dñs ſyō: ele
git eã in habitationē ſibi. hec requies mea in
ſeculũ ſeculi. hic habitabo qm̃ elegi eã. Me-
morare q̄ mea ſubſtãtia. Nō em̃ vane conſti
tuiſti oēs filios hoim. Deus pater expoſuit
hoc inſtrumentũ: vt dicit Aug'. lib. xvij de ci
uitate dei ca xi. ſic. Niſi em̃ eſſet vn' fili' hoīs
ſubſtantia iſrael ꝑ quē liberarētur multi filij
hoim: vane vtiqꝫ cōſtituti eſſent oēs filij ho
minũ. Nũc vero oīs quidē hũana natura per
pctm̃ primi hoīs in vanitatē de veritate col-
lapſa eſt. Propter qḋ dicit ali' ꝑs Homo va
nitati ſimilis factus eſt. Sed nō vane de' conſti
tuit oēs filios hoim: qꝛ ꝛ multos a vanitate
liberat ꝑ mediatorē ieſum xp̄m hec ille. Tũc
iuſticia inq̄t Demōſtra ſigillũ hui' inſtrumē
ti: ꝛ apparuerũt qnqꝫ lapides in funda. Ait
tũc deus pater. Sicut dauid ꝑcuſſit Golyã
in fronte ꝑ fundibulũ: ſic xp̄us qnqꝫ vulneri
bus in carne aſſumptis debet eiicere diaboli
poteſtatē. ꝛc. Undecimo acceſſit eſaias ꝛ ꝑ
tulit inſtrumētũ ſuũ: qḋ explicãs michael ar
chãgelus leg't ſic. Dilata locũ tentorij tui: et
pelles tabernacu'oꝝ tuoꝝ extēde ne parcas:
lōgos fac funicu'os tuos: ꝛ clauos tuos cōſo
lida. Ad dexterã em̃ ꝛ ad leuã penetrabis: ꝛ ſe
mē tuũ gētes hereditabũt. Eſaie. liiij. De' pr̄
expoſuit h' inſtrumētũ ſic. Popul' gētiũ qui
ambulabat in tenebris: vidit lucem magnã.
Habitãtib' in regione vmbre mortis: lux or
ta eſt eis. Eſa. ix. Tũc iuſticia inq̄t. Demon-
ſtra ſigillũ hui' inſtrumēti: ꝛ appuit nubes.
Ait tũc de' pater. Aſcēdat dñs ſup nubē le-
uē vt ingrediaſ egyptũ ꝛ ꝯfringãtur oīa ido
la egypti. Eſa. xix. Qꝛ xp̄s mũdũ ingrediēs
aſſumet carnē immunē a pctō: et confringet
oēs errores. Ecce ſigillũ muniēs inſtrumen
tũ Eſa. ꝛc. Duodecimo acceſſit Hieremias
ꝛ ꝑtulit inſtr̄m ſuũ: qḋ explicãs michael le-
git ſic. Nouũ fecit dñs ſup terrã. Mulier cir
cũdabit virũ. Hiere. xxxi. Ibidē. xxiij. Ecce di
es veniũt dicit dñs ꝛ ſuſcitabo dauid germē
iuſtũ: ꝛ regnabit rex ꝛ ſapiēs erit. ꝛ faciet iu-
diciũ ꝛ iuſticiã in terra. Et hoc eſt nomē qḋ
vocabũt eũ: dñs iuſtus noſter. In dieb' illis
ſaluabiſ iuda: ꝛ iſrael habitabit confidēter.
De' pater expoſuit hoc inſtrumentũ ſic. Pri-
mus hō totã maſſam dãnabilē fecit. veniet
dñs ſcḋus hō: veniet et altero tramite: veni-
et ꝑ virginē: veniet viuus: inueniet mortuos
morietur vt moriẽdis ſubueniat: mortuos
ad vitã trãſferat: mortuos redimat a morte:
ſeruet vitã in morte: occidat mortē de morte
hec Aug. Tũc iuſticia inq̄t. Demōſtra ſigil-
lũ hui' inſtrumēti: ꝛ apparuit virga. Ait tũc
deus pater. Idcirco volui Hieremiã qui erat
vn' ex ſacerdotib' vidiſſe virgã nuceã: cũ ꝓ-
phetaret. ꝛ ollã ſuccēſam quaſi oſtēderet in
virga eſſe vitã: ꝛ in lebete ſuccēſo eſſe mortē
Uita em̃ ꝛ mors ante faciē hoīs: vita q̄dem
eſt xp̄s a ſacramēto nucis. Mors aũt diabo
lus in figura lebetis ſuccēſi. Et ſic apparent
inſtrumēta iſtoꝝ ſigillis valde autētica mu
nita. Tũc iuſticia inq̄t. Quid fiet de mu
lierib' que huculqꝫ nullũ inſtrumentũ ſue re-
dēptionis attulerũt. Si ſoli hoīes redunant
ꝛ nō mulieres: peribit mũdus ꝛ gen' hũanũ
ante diuinã ꝑordinationē: qm̃ matrimoniũ
nō debet cōtrahi cũ ꝑſona infideli: vt habeſ
xxviij. q. i. ca Cauſe. ꝛ duob' capitulis ſeq̄ē-
tib'. Matrimoniũ em̃ eſt viri mulieriſqꝫ con
iũctio diuini ꝛ hũani iuris vnio indiuiduã vi
te ꝯſuetudinē retinēs: vt dr̄. xxvij. q. i. § i. Et
inſtitutis de nuptijs. § i. Et ita lex xp̄i modi
cũ durabit. Statimqꝫ affuit mia dic. Clemē
tiſſime dñe licet femine ſm leges ciuiles pro
hibeãtur a publicis actib'. Extra de arbi. ca.
Dilecti filij. Tamē in ſua cã vel ſuoꝝ poſſunt
aduocare: vt hētur. xv. q iij. § i. et trib'. § ſe-
quētib'. Unde ꝛ teſtimoniũ ei' recipiſ ꝓ pa
rētibus et cōſanguineis: vt hētur. xv. q. iij. §.
De crimine. Nũc aũt Marcus Uarro in li-
bris diuinarũ rerũ: prout recitat Lactãti' li
bro de falſa religiōe. c vij. Sibillas decē nu-
mero fuiſſe: caſqꝫ oēs enumerauit ſub aucto
ribus q̄ de ſingulis ſcripſerauerũt. q̄ oēs vnũ
deũ predicãt: ꝛ de filij dei incarnatiōe: in ſalu
tē hũani generis ꝓphetauerũt. ꝛ inſtrumen-
ta valde autētica ꝓ ſe hñt: quas iube pr̄ om-
nipotēs cōparere: ꝛ ſua inſtrumēta produce
re. Subito fuerũt citate. Prima fuit de ꝑſis
que protulit inſtrumentũ ſuũ: qḋ explicans
michael archãgelus legit ſic. Ecce deus veni
et. diues naſcetur de paupcula: ꝛ beſtie terre
laudabũt aduētũ ſuũ. Scḋa fuit libera: que
ꝑtulit inſtrumētũ ſuũ michaeli, qḋ explicãs
legit ſic. De olimpo excelſus veniet: ꝛ firma
bitur cōſiliũ in celo: ꝛ annũciabitur virgo in
vallibus deſertorũ. Tertia fuit delphyca: q̄
protulit inſtrumentũ ſuũ michaeli: quod ex
plicans legit ſic. De excelſo celorũ habitacu
lo proſpexit domin' humiles ſuos: ꝛ naſce
tur in diebus nouiſſimis de virgine hebrai
ca in cunabulis terre. ꝛc. Quarta fuit cy

mica in ita'la que ꝑtulit instrumētū suū michaeli i quo legit sic. Nascet xp̄s in bethleē: annūciabit in nazareth regnāte thauro pacifico. O felix illa mater cuiꝰ vbera illū lactabunt. Quinta fuit erithrea q̄ protulit instrumentū suū michaeli in quo legit sic. In vltima etate humiliabit deus: humiliabit ꝓles diuina. vnietur humanitati diuinitas. iacebit in feno agnus: ⁊ puellari officio educabitur deus ⁊ homo. Sexta fuit samia que ꝓtulit instrumentū suū michaeli in quo legit sic. Ecce veniet dies ⁊ illuminabit densa tenebrarū: ⁊ soluetur nexus synagoge ⁊ desinent loqui labia hoīm ⁊c. Septima fuit cumana que ꝓtulit instrumentū suuz michaeli in quo legit sic. In p̄ma facie virginis ascendet puella facie pulchra capillis ꝓlixa super sedē sedēs puerū nutriens dans ei ad comedendū ius ꝓpriū .i. lac. de hac testatur Uirgilius dicēs. Ultima cumei iam venit carminis etas. Iam redit ⁊ virgo redeūt saturnia regna. Et noua ꝓgenies celo demittit alto. ⁊ sic pz. Octaua fuit hellespōtina que ꝓtulit instrumentuz suū michaeli in quo legit sic. Humiliabit deus vsqꝫ ad bestias terre: ⁊ regnabit in paupertate ⁊ dominabit in silentio quousqꝫ de vtero virginis fuerit egressus

Nona fuit phrygia q̄ protulit instrumētuz suū michaeli in quo legit sic. Gremiū virginis erit salus gentiū ⁊ pedes eius in valitudine hoīm inuisibile verbū palpabit flebit deus ⁊ leticia sempiterna ⁊c. Decima fuit thiburtina que ꝓtulit instrumentū suuz michaeli in quo legit sic. In diebꝰ illis exurget mulier de stirpe hebreoꝝ nomīe Maria: habens sponsum ioseph: ⁊ pcreabit ex ea sine cōmixtione viri de spū sancto filius dei noīe Jesus. ⁊ ip̄a erit virgo in partu ⁊ post partū Qui ergo ex ea nasceť erit verus deus ⁊ verus homo: sicut oēs ꝓphete predicauerūt ⁊ permanebit regnū eius in secula seculoꝝ. ¶ Surrexit tunc dña pax ⁊ genuflexa ante deū patrem ait. Nullus bonus p̄nceps debz dimittere ciuitatē ⁊ pacem suā diminutam: cum possit eam reparare: qm̄ bella bonoꝝ non crudelitate ⁊ cupiditate: sed pacis studio geruntur. vt dicitur. xxiij. q. i. ca. Apud. Sed ciuitas celestis est diminuta suis ciuibus ꝓpter ruinā maloꝝ angeloꝝ. Et inter angelos permanentes ⁊ cadētes nūq̄ erit pax propter antiquā pugnā: ergo necesse ē vt saltem repareť per hoīm redēptionē. Iustus eñ iudex non ex vna specie ꝓbationis sed ex multis debet informari: ⁊ ƀm hec ferre sententiā. vt habeť extra de sētētia ⁊ re iudicata. ca. Causam que. Nūc autē equissime iudex satis constat ex allegationibus superioribus ꝙ genus humanum debet redimī: sed post plenā inuestigatōnē veritatis est ferenda sententia ⁊ non ante. vt dicit. xi. q. iij. ca. Summopere. ⁊ ca. Graue. Ideo peto vt feras sententiā pro pace hūani generis eiusqꝫ salute. Quia pax humana tam dulcis est ꝓ temporali salute q̄to dulcior est pax diuina ꝓ eťna salute. vt dicit. xxiij. q. i. ca. Noli. Tūc mīsericordia ⁊ veritas obuiauerūt sibi iusticia ⁊ pax osculate sunt. Cum aūt filiꝰ audiuisset ꝯclusionē pacis: intuens patrē suū ait. Ego feci ⁊ ego feram: ego portabo ⁊ sanabo. Esa. xlvi. Et quoniā genus humanū in me sperauit liberabo eū: ꝓtegā euz quoniā cognouit nomen meū. clamauit ad me: ⁊ ego exaudiā eum: cū ip̄o sum i tribulatōe: eripiā eū ⁊ glorificabo eū longitudine dieruz replebo eū ⁊ ostendā illi salutare tuū. Et subito iussu dei patris oīpotētis tuba aurea cecinit dicens Accedite gentes ⁊ audite ⁊ populi attendite: audiat terra ⁊ plenitudo eiꝰ: orbis ⁊ oē genus eius qm̄ dñs in veritate educet iudicium. Tunc accesserunt hoīes ⁊ mulieres ⁊ oēs angeli oēsqꝫ v̄tutes: ⁊ dñs sedēs ꝓ tribunali ꝓtulit sententiā in hac forma loquens filio suo ⁊ dixit: Ego dñs vocaui te in iusticia ⁊ apprehendi manū tuā ⁊ seruaui te ⁊ dedi te in fedus populi mei in lucē gentiū vt aperires oculos cecoꝝ ⁊ educeres de conclusione vinctos de domo carceris sedentes in tenebris. Ego dñs hoc ē nomē meū: gloriam meā alteri non dabo ⁊ laudē meā sculptibilibꝰ. Que p̄ma fuerūt ecce venerūt: noua quoqꝫ ego annuncio. Cantate dño canticum nouū laus eius ab extremis terre: qm̄ dñs sicut fortis egred eť ⁊ sicut vir amplia: tor suscitabit celū. Tacui semp silui patiens fui ⁊ sicut parturiēs loquar. Esa. xlij. Et nūc hec dicit dñs creans te iacob ⁊ formans te israel noli timere quia redemi te: ⁊ vocaui te nomīe tuo seruus meus es tu. in gloriā meam creaui te: formaui te feci te. ante me non est formatus deus ⁊ post me non erit. Ego sum dñs ⁊ nō est absqꝫ me saluator. In memetipso iuraui. egredietur de ore meo iusticie verbū ⁊ non reuerteť: q: mihi curuabunt oīa genu. In dño iustificabit ⁊ laudabit oē semen israel: ꝓpt est iustus meus egressus est saluator meus. Et quomodo descen-

pax.

Deg pat.

dit imber ꝛ nix de celo ꝛ illuc vltra nō reuerti tur. sed inebriat terrā ꝛ infundit eam ꝛ germinare eā facit: ꝛ dat semen serenti ꝛ panē comedēti: sic erit verbū meū qḋ egredietur de ore meo: non reuertetur ad me vacuū: sed faciet quecūqȝ volui: ꝛ prosperabitur in his ad q̄ misi illud: quia in leticia egrediemini ꝛ in pace reducemini. Esaie lv. Lata ergo sententia dixit filius patri. In capite libri scriptū est de me vt faciā volūtatē tuā: deus meus volui ꝛ legem tuā in medio cordis mei. Justiciā non abscondi in corde meo: veritatē tuā ꝛ salutare tuū dixi. Non abscōdi mīiam tuā ꝛ veritatē tuā a cōsilio multo. Tunc misericordia ꝛ veritas iusticia ꝛ pax dixit. Dñs fortitudo plebis sue ꝛ protector saluationū xp̄i sui est. Saluū fac populū tuū dñe ꝛ benedic hereditati tue: ꝛ rege eos ꝛ extolle illos vsqȝ in eternū. Genus vero humanū gratias agēs deo patri dixit. Benedixisti dñe terrā tuam auertisti captiuitatē iacob ꝛc. vsqȝ vt inhabitet misericordia in terra nostra. Et subdit. Qui nō recuperat possessionem infra annū: post annū nō recuperat ipam seruato tamē sibi iure ꝓprietatis. vt extra de eo qui mittitur in possessionē causa rei seruāde. ca. i. Nos vero possessio tua sumus ꝛ fuimus: ideo cito per te recuperare possimus. Et zacharias ꝓpheta repletus spūsancto alte intonuit dicens. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Et sic patet ꝙ de rigore iusticie genus humanū debebat saluari per iesum xp̄m q̄ viuit in secula Amen.

Dñica secūda in aduētu dñi sermo florid⁹

Tunc videbunt filiū

hominis venientē in nube cū potestate magna ꝛ maiestate. Luce xxi. ꝛ in euāgelio hodierno. Naum ꝓpha i. c. vt habetur de penitē. dist. iij c. Si in sermone. §. His auctoritatibus q̄ sitvera que falsa ꝛc dicit. Non iudicat deus bis in idipm vel vt alia translatio habet. Non consurget duplex tribulatio ꝛc. Sed in hoc tēpore dei iudicium exercetur ꝛ q̄tum ad tēporalia ꝛ q̄tū ad spiritualia. Nam deus dixit latroni in cruce. Hodie mecum eris in paradiso. Luc. xxiij. Et de diuite dicitur. Mortuus est diues ꝛ sepultus ē in inferno. Luce. xvi. Et quia nūc fit retributio pmiorum penarūqȝ. ideo quero B Utrū post iudiciū speciale qḋ in presenti agitur restet aliud generale: quo omnis homo integre iudicabitur: Ad istam q̄stionē respondet sanctus Thomas. iij. parte. q. lix. ar. iiij. v. dicēs ꝙ iudiciū de aliqua re mutabili ꝑfecte dari nō potest ante cōsummationē eius. Exemplum iudiciū de aliqua actione qualis sit ꝑfecte dari non potest anteꝙ sit cōsummata: ꝛ in se ꝛ in suis effectibus: quia multe actiões videntur esse vtiles q̄ ex effectibus demōstrantur nociue. Similiter de homīe iudiciū perfecte dari non potest q̄diu eius vita terminetur eo qḋ multipliciter pōt mutari de bono in malum: aut econuerso vel de bono in melius. aut de malo in peius. Unde aplus dicit Heb. ix. Statutū est hominibus semel mori ꝛ post hoc iudiciū. Sciendū tamē ꝙ licȝ per mortē vita homīs tēporalis terminetur ſm se: remanet tamē ex futuris ſm q̄d dependēs ꝛ hoc q̄nqȝ modis. Primo ſm ꝙ adhuc viuit in memorijs hoīm: in quibus quādoqȝ cōtra veritatē remanet bone fame vel male. Secūdo modo in filijs qui sunt aliq̄d patris. ſm illḋ Eccli xxx. Mortuus ē pater illius ꝛ quasi nō est mortuus: similē em̄ sibi reliquit post se. Et tamē multorum bonorum patrū filij sunt mali ꝛ ecōuerso. Tertio modo q̄tū ad effectū suorum operū sicut ex deceptiōe arrij ꝛ aliorum seductorum pullulat infidelitas vsqȝ ad finem mundi. ꝛ vsqȝ tunc ꝓficit fides ex predicatiōe apostolorū. Quarto modo q̄tū ad corpus qḋ quandoqȝ honorifice traditur sepulture: quandoqȝ vero relinquitur insepultū. ꝛ tandē incineratū resoluitur omnino. Quinto modo q̄tum ad ea in quibus homo suum affectū defixit: puta in quibuscunqȝ tēporalibus rebus: quarū quedā citius finiuntur: quedā diutius durant. Omnia aūt hec subdantur extimatiōni diuini iudicij. Et ideo de his omnibus perfectū ꝛ manifestum iudiciū haberi nō potest q̄diu cursus huius tēporis durat: ꝛ ꝓpter hoc oportet esse finale iudiciū in nouissimo die in quo ꝑfecte id qḋ ad vnūquēqȝ hoīem pertinet quocunqȝ modo perfecte ꝛ manifeste dijudicetur. ꝛ hoc est qḋ dicitur Joh. xij. Sermo quē locutus sum ille iudicabit eū in nouissimo die. Tamen ꝓ maiori declaratiōe pono q̄tuor flores. B

Primus flos. Pulchritudo huius mundi peribit mūdanorū igniū conflagratione ex culparum infectiōe. Prima pars patet quoniā mūdus ꝓpter hoīes factus est: oportet ꝙ quādo homo glorificabitur ſm corpus: etiam alia corpora mundi ad statū meliorē mutentur vt sit ei locus cōuenientior: ꝛ aspectus delectabilior. Ad hoc autē ꝙ homo gloriā corporis consequatur

oportet prius remoueri ea q̄ glie opponunt q̄ sūt duo. s. corruptio et infectio culpe. q2 vt dr i. Cor. xv. Corruptio icorruptelā nō possidebit. Et a ciuitate glie oēs imūdi eijcient. Apocal. vl. Similit etiā oportz elemēta mūdi purgari a cōtrariis dispositōibus: anteq̄ i nouitatē glie adducant pportōnalit ei quod de hoīe dictū ē. Quis aūt res corpal subiectū ifectiōis culpe eē nō possit. tn̄ ex culpa q̄dā incōgruitas in reb9 corrupt relinqt ad hoc q̄ spūalib9 deputent. Exēplū. videm9 q̄ loca i q̄b9 aliq̄ crimina sūt cōmissa nō reputant idonea ad aliq̄ sacra i eis exercēda nisi purgatiōe q̄dā p̄missa Et fm hoc ex pctis hoīz q̄dā inidoneitatē ad glie susceptōez mūdi pars recepit q̄ i vsū necessariū cedit. vn̄ q̄tū ad hoc mūdatōe idiget. Similit etiā circa mediū locū ppt elemētoz cōtactū mlte sūt corruptiōes et gn̄atōes et alteratiōes eoꝝ q̄ puritati eoꝝ derogāt. ideo ab hijs oportet elemēta purgari ad hoc q̄ decent suscipiāt nouitatē glie. Secūdo nota q̄ ista mūdi purgatio remouebit a mūdo ifectōnē ex culpa relictā et ipuritatē cōmixtiōis et erit dispositio ad glorie pfectionē. ideo q̄tū ad hec tria conuenientissime fiet per ignem. Primo quia ignis cum sit nobilissimus elementorū habet naturales proprietates similiores pprietatibus glorie. vt maxime patz de luce. Secundo quia ignis non ita recipit cōmixtionē extranei ppter efficaciam virtutis actiue sicut alia elementa. Tertio quia sphera ignis est remota a nostra habitatōe nec ita cōmunis est nobis vsus ignis sicut terre: aque: et aeris. Unde non ita inficitur et ppter hoc habz maximā efficaciam ad purgandū et ad diuidendū subtiliando. hec sanctus Thomas. iiij. senten. dist. xlvij. q. ij artículo. i. dubio. i. et. ij. in respon. Hoc tamen reuelauit nobis deus per duas litteras quas de hoc misit. Primā misit noe ante aduentum xpi quādo post diluuiū posuit arcbum in nubibus celi. Geneb. ix. Quia p̄ma purgatio mundi que facta est per diluuiuz non respiciebat nisi imperfectionē peccati. precipue antē tunc regnabit viciū concupiscentie ideo per contrariū purgatio fuit facta. scz p aquā. vt dicit. ij. Petri. iij. In illo arcbu sūt duo pncipales colores. s. liuid9 siue aqueus et rubeus siue igne9. Per colorē liuidū ostēdit de9 pteritū diluuiū. per colorē rubeū ostēdit mūdi incēdiū: qm̄ hec secūda mūdi purgatio respicit et infectionē culpe et cōmixtiōnis impuritatē et quo ad vtrūq̄ magis cōuenit q̄ fiat p ignē q̄ p aquā. Aqua eni nō hz vim disgregādi s3 magis cōgregādi. Un̄ per aquā naturalis ipuritas elemētoꝝ tolli nō posset sicut p igne. Secūdo q2 circa finē mūdi regnabit viciū tepiditat q̄si mūdo iam senescente. q2 vt dr Math. xxiiij. Tunc refrigescet charitas mltoꝝ. vn̄ cōuenient purgatio fiet p ignē. vn̄ Ouidi9 li. i. methamoꝝ. de his duob9 loq̄ns dic sic. Iamq̄ erat i totas sparsurus fulmia terras Sz timuit ne forte sacer tot ab ignib9 ether Cōciperet flāmas lōgusq̄z ardesceret axis. Esse quoq̄ in fatis reminiscit affore tēp9. Quo freta q̄ tell9 correptaq̄ regio celi Ardeat: et mūdi moles operosa laboret. Tela reponūt manib9 fabricata cyclopū Pena placz diuersa: gen9 mortale sub vndis Perdere et ex oi nimbos demittere celo. hoc ille Secūdā lrāz misit ioh'l euāgeliste Apoc. viij Et p̄m9 angel9 tubā cecinit et facta ē grādo et ignis mixta i sāguie: et missū ē in terrā: et tertia pars terre cōbusta ē: et tertia pars arboꝝ cōcremata ē: et oē fenū viride cōbustū ē. Per grādinē intelligo tēpestatē q̄ fiet tpe extremi iudicij. vn̄ grādo tempestas vulgo appellat. Mittet g̃ angel9 tanq̄ a deo miss9 grādinē et ignē cōburētē tertiā partē terre. p̄ma pars ē paradis9 terrestris q̄ ē altior intātū q̄ sic diluuiū illuc nō ascendit: nec ignis ille ascēdet. Secūda pars ē infern9 q̄ ē in cētro terre: ad quē ille ignis nō descēdet. Tertia pars ē iste mund9 vel superficies terre: q̄ ē media pars: et ista igne cōburet: q2 i ista sunt pctā. Per arbores itelligūt hoīes iux illd Marc. viij. Video hoīes velut arbores ābulātes. est eni hō arbor euersa. hoīz aūt q̄dā erūt i inferno tpe illo ecce p̄ma pars. q̄dā i celo: ecce secūda ps q̄dā in hoc mūdo ecce tertia pars. Et ista tertia ps cōburet et nō alia ab illo igne. Per fenū viride itelligūt tēporales diuitie pecunie. et ista cetera tpalia q̄ tanq̄ fenū crescūt et arescūt: cito augēt et cito diminuunt Esa. xl. Ois glia ei9 q̄si flos agri exiccatus ē fenū et cecidit flos. Et dicūt virides: q2 sic viriditas multū delectat oculū: ita diuitie et pecunie nr̄z animū. Oēs iste cū illa tertia pte igni cōburent. ps. Ignis ante ip̄z p̄cedet et inflāmabit i circuitu inimicos ei9. et Dan. vij. Fluui9 igne9 rapidusq̄ egrediebat a facie ei9. et Aug. xx. de ci. dei. c. xvi dic q̄ sic inūdatōe mūdanarū aquarū factū ē diluuiū: ita mundanoꝝ igniū conflagratione figura huius mundi preteribit. Ista autem conflagratio nihil aliud est q̄ congregatio omniū causarū superiorum

& inferio& que ex natura sua habent virtutē ignem dūque q̄d ē congregatio non naturali cui sui rerū:sed virtute diuina fiet. & ex oib⁹ istis causis sic ggregat generabit ignis q̄ fa ciē mūdi exuret. Un manebūt elemēta q̄tū ad substātiā & qualitates co& ppias:s pur gabunt ab infectōe quā ex pctis hoīm con traxerūt & ab impuritate q̄ per actionē & pas sionē mutuā in eis acciderat:quia cessante motu pmi mobilis Celi in inferiorib⁹ elemē tis mutua actio & passio eē nō poterit:& has appellat Augu. qualitates corruptibiliū ele mento& scz in naturales dispositiones eorū sm quas corruptōni appropinquāt. Hoīes vero q̄ tūc viui reperient subito poterūt pur gari ppter tres causas. Prima est qz pauca purganda in eis inuenient cū terrorib⁹ & p secut onib⁹ pcedētib⁹ fuerint purgati. Secū da qz viui & volūtarie sustinebūt penā:s pe na in hac vita volūtarie suscepta multo pl⁹ purgat q̄ pena post mortē inflicta. Exēplū in martyrib⁹:sed si q̄d purgandū in eis inue nitur passionis falce tollit. vt Aug. dicit. Cū pena martyrū fuerit breuis in comparatiōe ad penā q̄ in purgatorio sustinet. Tertia ē qz calor ille recuperabit in intensione q̄tum amittit in tpis abbreuiatōe. Nam ille ignis in hoc q̄ pcedit iudiciū aget vt instrumentū diuine iusticie & iterū per virtutē naturalem ignis. Quātū ergo ad virtutē naturalē ei⁹ simplicit aget in bonos & malos q̄ tunc viui reperient vt vtorūqz corpora in cinerē resoluē do inq̄tū vero aget vt instrumentū diuine iusticie diuersimode aget i diuersos quo ad sensum pene. Mali em̄ p actionē ignis cru ciabunt. boni aūt in quib⁹ nihil purgādū in uenict omīno nullū dolorē ex igne sentient. sicut nec pueri senserūt in camino. Dan. iij. q̄uis eo& corpora nō seruent integra. sicut puero& seruata fuerūt:& hoc diuina virtute fiet vt sine doloris cruciatu resolutionē cor po&ū patiant. boni vero in quib⁹ aliq̄d pur gandū inuenit sentiēt cruciatū doloris ex illo igne plus vel min⁹ p merito& diuersita te. Et sic patet &c. C

Secundus flos. Judici

Natus est nobis hodie saluator. Luce. ij. ⁊ in euāgelio p̄me misse hodierne solēnitatis. Sāct⁹ Leo doctor ecclīe ⁊ summus pōtifex considerans sacram solēnitatē natiuitatis iesu xp̄i in quodā ↄmone dicit sic. Exultemus in domino dilectissimi ⁊ spūali iocunditate letemur quia hodie illuxit nobis dies redemptionis noue: reparationis antique: felicitatis eterne. Reparat enim nobis salutis nostre annua reuolutione sacramentū ab īitio p̄missum: in fine redditū: sine fine mansurū In hac die dignum est nos sursum erectis mentibus diuinū adorare mysteriū: vt qd̄ dei magno munere agitur magnis ecclesie laudibus celebretur: hec ille. Et sanctus Augustinus in quodam sermone dicit sic. Dulcissima dies est hodierū qua compūctio etiam infidelibus venit. in qua mīa tangit pius: impius veniam sperat: compunctus reditum nō desperat: captiuus libertatem assequitur: remediū o ptinet vulneratus. In hac die qui conscientiā habet securam dulcius gaudeat: qui miseram attentius timeat: qui bonus est affectuose oret: qui peccator deuotissime supplicet: hec ille. ¶ Sup quibus verbis moueo talem questionē. Utrū sacratissima dies natiuitatis iesu xp̄i initiū nostre sanctificationis ⁊ mundicie sit inter cetera eius mysteria maxime exultationis ⁊ letitie. Ad istam questionē respondet perfectissime ⁊ veressime angelus e celo missus totius sancte trinitatis verissimus ac fidelissimus paranīphus in verbis p̄positis dicens. Natus est nobis hodie saluator. Hec autem responsio angeli est sufficientissima. Ponit enim quattuor causas ex quarū qualibet manifeste ↄuincitur q̄ hec dies hodierna est dies maxime exultatōnis ⁊ letitie. Et sūt iste numero. Prima est ex parte germinis quod est magne dignitatis: quia natus est. Secūda est ex parte muneris quod est magne vtilitatis: quia saluator. Tertia est ex p̄te generis quod est magne sanctitatis quia nobis. Quarta est ex parte temporis quod est magne cōgruitatis: quia hodie. ¶ Prima causa quare angelus ostendit hanc diem fore maxime exultatiōis et letitie est ex parte germinis siue generati et nati: quia natus est ille de quo dicit Maximus in sermone presentis diei. Hic ē a patriarchis predict⁹ a prophetis predicatus: ⁊ ab angelis nūciatus. Natus est ille de quo dicit origenes in sermone. Hic est qui est in excelsis sine m̄re et in terris sine patre: in celis ↄm diuinitatē in sinu est patris: ⁊ in terris ↄm corporis susceptionē in sinu est matris. Natus est ille de quo promissum est Abrahe: q̄ in semine suo benedicerent omnes gentes. Natus est ille de quo predixit Jacob q̄ erat mittēdus et ip̄e foret expectatio gentium. Natus ē ille de quo deus dicit Moysi. Prophetam suscitabo de medio tui. Deutero. xviij. Natus est ille homo non homo purus sed deus ⁊ homo verus de q̄ longe ante predixit. Esayas ix. c. Paruulus natus est nobis ⁊ filius dat⁹ est nobis ⁊ vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi p̄nceps pacis. ergo natus est puer q̄ est dei ⁊ hominis filius qui est deus ⁊ hō verus Et ex vtraq; parte hec dies est maxime letitie. Si eñ consideremus q̄ iste puer benedictus hodie nat⁹ est dei filius: magna nobis adest letitie materia. Nunquid habitātibus in tenebris ⁊ vmbra mortis inest materia meroris ⁊ tristitie dicēte Thobia. v. c. Quale gaudiū est mihi qui in tenebris sedeo ⁊ lumen celi non video. Nūquid illustrante eis lumine seu splēdore in ortu solis aduenit cā exultationis ⁊ letitie que tanta est vt fere fugiant: auicule cantēt: ⁊ hoīes ad opa sua exeant dicente p̄s. Ortus est sol ⁊ congregati sunt ⁊ in cubilibus suis collocabunt. Exibit

homo ad opus suũ et ad operationem suam usq; ad vesperam. Et ecce ante ortum hui9 benedicti pueri filij dei pris homines ambulabant in tenebris clare cognitionis: et errarent in solitudine in aquoso et viã ciuitatis eterni tabernaculi nõ inuenirent. sed hodie natus est iste puer benedictus dei patris lumen oriens ex alto illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedẽt ad dirigendos pedes nostros in viã pacis. dicẽte Esa. ix. c. Habitãtibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Ideo hodie oriente luce infernales bestie scz demones aufugerũt. sodomite fere inmũde extincti sunt et statue siue ydola ceciderunt: sed celi auicule. s. angeli cãtauerũt gloria in excelsis deo. Pastores et reges exierunt ad opus adorationis. ideo ista dies est dies leticie. Primo angelis dicente Gregorio in hymno. Gaudet chor9 celestiũ et angeli canũt deo palamq; fit pastoribus pastor creator omniũ. Secũdo terrigẽis dicente ps. Lux orta est iusto et rectis corde leticia: quia iste puer benedictus est lux vera que illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mundũ. Joh. i. In signũ huius media nocte tenebrosa qua natus est iste puer benedictus sunt tres soles in unũ conuersi q̃ sic aerem illustrauerũt ut ipa natiuitas eius hora lux meridiana videret: ad significandũ q̃ ille natus ẽ qui ẽ una psona in trinitate et omnes unum in essentia et quelibet earũ est lux ad illuminandũ peccatorz corda. ut verificet illd̃ lux i tenebris lucz. Joh. i. vñ Maximus in sermone pñtis diei dicit. Hodie exortum est lumen in tenebris: et quod celum se habere gaudebat: mũdus dum nesciret accepit. dies sanctificat9 illuxit nobis: venite gẽtes et adorate dñm: quia hodie descẽdit lux magna super terram: hec ille. Et merito iste puer dei filius dicit' lux siue splendor dicente apostolo. Heb. i. Qui cum sit splẽdor glorie etc. Unde comparatur luci pp̃ter quattuor

Primo rõne pcessionis quia sicut lux pcedit a sole: et a sole et luce pcedit feruor: sic a deo patre pcedit filius qui est lux et ab utroq; pcedit spũssanctus q̃ est feruor siue amor Secũdo rõne incorruptionis. Naz sicut lux exit a sole et solem nõ frangit: sic filius dei a patre procedit et tamen ipsum non scindit.

Tertio rõne durationis. Nam sicut lux siue splendor exit a sole: et tamen sol nõ pcedit splendorẽ tempore sed mox ut fuit splendorem emisit. sic dei filius exit a deo patre: et tamẽ deus pater non precessit tempore filiũ sed sicut ab eterno fuit: ita ab eterno genuit euz. Quarto quia sicut lux solis siue splẽdor vitrum per quod transit non frangit: sed illustrat pulchrificat et calefacit: sic iste puer dei filius uterum virginis marie intrauit et exiuit: non violauit s; sacrauit et dotauit. ergo iste puer xp̃s hodie natus dei filius bene dicitur lumen siue splendor: ideo ecclesia cãtat dicens. Christe redemptor omniũ ex patre patris unice: solus ante pñcipium natus ineffabiliter. tu lumen. tu splendor patris. tu spes perennis omniũ intende quas fundunt preces tui per orbez famuli. Et quia hec lux est hodie exorta. ideo hec dies est leticie ut dicat' illud Hester. viij. Noua lux oriri visa ẽ gaudium: honor: tripudiũ apud omnes: q2 populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Esaye. ix. c. Et vere magnam quia solem. Sic enim dei filius est lux. q̃ ẽ est sol hodie nobis orbis ortus. et vobis timentibus nomen meum orietur sol iustitie. ideo dicit ecclesia. dum ortus fuerit sol de celo videbitis regem regum procedentez a patre tanq̃ sponsum de thalamo suo. Ortus autem solis est iocundus. Et sic patet q̃ si cõsideretur istius pueri natiuitas prout est deus et patris filius est nobis maxime leticie et exultationis. ideo dicit Faustus in sermone huius festiuitatis. Adest ecclesie exoptatissimus dies gratia gemiata resplendens: candore non quidem consueti luminis illustratus. sed precipui solis fulgore coruscus. Ducite fideles christi festiuissima gaudia. Res hodie perfecta est nobis noua que olim fuerat repromissa. Intrat artifex mundi angustias ventris humani: efficitur grauida mater intacta. Et ecce tanq̃ sponsus de thalamo suo processit christus et marie utero: hec ille. Si autem consideremus q̃ hic puer benedictus est homo verus hodie natus: magna nobis adest leticie causa. Nunquid in ortu noue lune homines precipue letantur: nouam lunam cum gaudio contemplantes. causa est: quia preest nocti sicut sol diei. Gen. i. Luminare maius ut preesset diei et luminare minus ut preesset nocti Et ecce iste puer benedictus qui est sol s̃m diuinitatem dicitur luna s̃m humanitatem Ratio est: quia sicut sol de natura sua nũq̃ eclipsat' in existẽtia; luna tamen inter nos et

sōm posita eclipsat in apparentia: ita licʒ dei filius nunq̄ perdit suam perfectionem realiter. tamē interposita humanitate assumpta quo ad nos perdit apparenter. Nam iste puer benedictus licet sit deus et vt sic sit sapiētissimus: potentissimus et similia. ⁊ hoc in existentia: tamen indutus nostra carne ⁊ humanitate interposita cum non loquatur: non ambulet: sed lacteat: vagiat. videtur sapientiam et potentiaʒ non habere. ergo iste puer benedictus vt deus est sol: vt homo est luna: et quia deus et homo sunt hodie in p̄sepio et virgis gremio. Ideo recte dicit illō Abacuch tertio. Sol et luna steterunt in habitaculo suo. ⁊ infra. Egressus es in salutem populi tui in salutem cum christo tuo. Sic ergo iste puer benedictus vt homo est luna sed ortus noue lune est gaudiosus. ideo hec dies est dies gaudiosa et vere gaudiosa: q̄a si natiuitas ysaac fuit gaudiosa ita vt ysaac īterpretaret risus: in quo ysaac erat facta p̄missio de isto puero scilicet iesu christo: q̄to magis natiuitas ipsius pueri p̄missi erit letabunda. Si enim gaudiosa est promissio multomagis eius exhibitio ⁊ receptio. Etiā si natiuitas Johannis baptiste precursoris fuit multum gaudiosa: vt dicitur Luc. p̄mo multomagis natiuitas domini nr̄i iesu xp̄i debʒ esse letabunda. Preterea si mulier post q̄ peperit puerū iam nō meminit pressure p̄pter gaudium: quia natus est homo in mundū. Joh. xvi. quāto magis beata maria post q̄ peperit xp̄m debet ⁊ debemus nos oīs gaudere que nullam pressuraʒ vel dolorem passa est p̄pter puerperiū: quia natus est homo non quicūqʒ sed verus dei ⁊ v̄ginis filius in mundū saluandū. Ergo clare patet q̄ hec dies hodierna est maxime exultationis et letitie ex p̄ma causa scʒ ex parte germinis quia natus est christus deus ⁊ homo verus in lege promissus. Ecce q̄ est puer magne dignitatis vt dicit primū. ¶ Quantū ad secūdam causam quare hec dies est maxime exultatiōis ⁊ letitie est ex parte muneris q̄a saluator. Nam iste puer benedictus nō solū est hodie natus: immo ⁊ est nobis dat⁹. iux̄ illud Esa. ix. Puer natus est nobis ⁊ filius datus est nobis. ⁊ per consequēs est munus datum nobis: quia ad saluandū nos est nobis datus. Vere enim iste puer est mūdi saluator: quia ip̄e est qui toto mundo aquis diluuij pereunte inter vndas aquarū validas noe cum sua familia saluauit. Ip̄e est qui inter flāmas sulphureas sup̄ q̄nqʒ ciuitates e celo missas. loth cum duabus suis filiabus saluauit. Ip̄e est q̄ populū israel inter crebra flagella e celo in egyptū missa saluauit. Ip̄e est qui populum egyptiacū in medio maris rubri sub mersit ⁊ filios israel īter muros aq̄rum transire sicco vestigio fecit et saluauit: et postea p̄ quadraginta annos in deserto sine cibo et potu humano pauit ⁊ saluauit. Quid plura? Ipse est qui sub figura angeli gedeonē premonuit et signū in vellere ostēdit salutis populi israel a captiuitate ⁊ fatigationib⁹ aduersus inimicos vt hr̄. Judicū vij. Nam istum puerum esse saluatorem angelus predixit. Matthei. ij. Ip̄e enim saluū faciet populum suum ⁊c. Duplex etiā signuʒ in vellere ostensum hoc manifestat. Primū est quia vellus in area fuit positū ⁊ tota terra in circuitu fuit madida: ⁊ per consequens maculata sed vellus in area ariduʒ remāsit. Quid hic per areā significat nisi iudea que dicitur area. quia est arida. Est enim terra q̄ non rigatur sed expectat pluuiam de celo. vt habetur Judicū. vi. Quid per lanā nisi mariam virginem candore virginitatis albescētem de qua xp̄o puero fuit contexta tunica: quia caro nostra assumpta. Unde Augustinus in sermone de trinitate dicit. Beata nēpe maria lana mundissima fuit ⁊ v̄ginitate clarissima que sola digna esset in se filij dei recipere dignitatem. sicut lana conchilij tincta sanguine vt ex eadeʒ fieret purpura imperiali maiestati tm̄modo digna: quā nullus esseʒ dignus induere nisi augusta preditus dignitate: hec ille. Quid per lanam aridā tota t̄ra remanente complura significat nisi btā maria ab omni contagio peccatorum ⁊ aquarū sola inter mulieres munda ⁊ elongata existentibus omnibus alijs pollutis aquarum et peccatorū maculis ac etiā fedatis. Secūʒ signum est quia ros descendit de celo super vellus tm̄: tota terra in circuitu sicca remanēte. Quid per vellus significat nisi marie sacer vterus. Quid per rorem nisi filij dei psona. Quid q̄ descēdit pluuia in vellus nisi q̄ descendit in vterum v̄ginis dei filius: ⁊ ipsa sola omni alia muliere existente ab hoc priuilegio aliena. ps. Descendit sicut pluuia in vellus ⁊c. et ecclesia cantat. Quando natus es ineffabiliter de virgine tunc implete sunt scripture sicut pluuia in vellus descendisti vt

vt saluū faceres genus humanum. ergo iste puer benedictus bene dicitur saluator: quia per gedeonem figuratus ad saluandum est nobis datus. Saluauit enī non solū sibi diuinitatem et matri sue virginitatem: immo etiam nobis perditam glorie hereditatē. ps Uox exultationis et salutis in tabernaculis Hec dies quā fecit dñs exultemus et letemur in ea. O dñe saluū me fac o domine bene pspera. Benedictus qui venit in nomine dñi deus dñs et illuxit nobis. ¶ Tertia causa quare hec dies est dies exultationis et letitie: et est ex parte generis qz nobis scz de genere Adam. Natus enī est nobis vt nobilitemur. qđ figuraꝫ gen. xiiij. vbi legiꝫ ꝙ melchisedech erat rex salem et sacerdos dei altissimi p quē signabaꝫ xp̄s iesus ꝫm aplm ad Heb. vij. dicentē. Hic enī melchisedech rex salem sacerdos dei altissimi et c. vsqz assimilatus aūt filio dei et c. Ideo magi obtulerūt huic puero aurū et thus. in auro ostenditur regis potentia. in thure sacerdotem magnū cōsidera. Ut sacerdos nos sanctificabit: vt rex nos nobilitabit. et hec est materia exultationis et gaudij. Quod patet per casum. si eni aliquis pater haberet filiū et filiam et essent de simplici genere et eadem die et hora audirent rumores ꝙ summ⁹ pōtifex nobilitasset et creassz masculū in sacerdotem magnū et epm̄ et imperator desponsasset sibi puellaz in reginam et vxorem. Certe pater et ipsi filij et totum genus eorum haberēt illam diem gaudij et letitie. ita in ppo sito. Adam pater generis humani habebat filiam scz naturaz humanam et filium. s. quēlibet nostruz. quorū vterqz traxit eē ab Adam. deus pater misit filium suum maximum regem et imperatorem qui desponsauit sororem nostram scz naturam humanam genere infimaz: quādo eam assumpsit in vnitatem persone. et ita soror nostra facta est regina. et per consequēs omnes sumus nobilitati. Item etiam misit deus pater filium suum tanqꝫ sacerdotem et pontificem. iuxta illud Heb. ix. Christus assistens pontifex futurorum bonoruz. et eiusdē iiij. Non habemus pontificem qui nō possit compati infirmitatibus nostris: et h̄ vt quēlibet nostrum in sacerdotem magnum consecraret Et quia hodie sic sum⁹ nobilitati: q̄a regales effecti et sacerdotes consecrati. iuxta illud Apoc. v. Fecisti nos deo nostro regnū et sacerdotes. ideo hec dies est maxime exultationis et letitie. Quia vero iste puer qui hodie tanqꝫ sponsus pcessit de thalamo suo est filius dei: dominus celi maris et terre et omniū que in eis sunt: vt dicit ps. ideo de hodierno eius pcessu ip̄m puerū collaudātes debemus ꝙplurimū exultare. Unde ad hoc inuitat nos ecclesia in hymno dicens. Hūc celum terra hunc mare hunc omne quod in eis est auctorem aduentus tui laudat exultans cantico. Nos quoqz qui sancto tuo redempti sanguine sumus ob diez natalis tui hymnū nouum concinimus. Ad idez inuitat nos ps dicens. Iusti epulenꝫ in cōspectu dei et delectenꝫ in letitia. Cantate deo: psalmū dicite nomini eius. Uiderūt ingressus tuos deus ingressus dei mei et regis mei qui est i sancto. ¶ Quarta causa quare hec dies est maxime exultationis et letitie est ex parte tēporis. quia hodie. Siquidē hodie per natiuitatem iesu christi dissipata sunt omnia genera viciorum que ante incarnationem xpi in humano genere prodierant: put habeꝫ Danielis secūdo. vbi dicit. Tu rex videbas et ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna et statura sublimis stabat contra te et intuitus eius erat terribilis: huius statue caput ex auro optimo erat: pectus autē et brachia de argento. porro vēter et femora ex ere tibie autem ferree. pedum autem quedam pars ferrea quedam fictilis. Uidebas itaqz donec lapis abscissus est de mōte sine manibus et percussit statuam in pedibus ferreis et fictilibus: et cōminuit eos et contrita sunt pariter ferrum et testa: es et aurum et argentuz et redacta sunt in fauillam: et nullus locus inuentus est eis. Lapis autem qui pcusserat statuam factus est mons magnus et impleuit vniuersam terram. Quid per varias huius statue structuras signatur nisi horrēde infectiones vite humane p diuersas etates mundi. Nam ante aduentum christi in carnem erat primo immundicia castrimargie corporalis que incepit ab adā et durauit vsqz ad Noe. propter quam mundus perijt diluuio. Omnis quippe caro corruperat viam suam coram domino. Geneß. vi. Excellentia arrogantie personalis que incepit a Noe et durauit vsqz ad Abraham vt patuit in edificio turris babylonie. ex qua insurrexit diuisio regnorum et confusio linguarum. Gen. xi. Concupiscentia auaritie temporalis: que incepit ab Abrahā et durauit vsqz ad moy-

sem: quia tunc studebant pecoribus alendis et possessionibus ampliandis propter quod abraham et loth nequibant cohabitare. Genes. xiij. Opulentia incontinentie et gulositatis que incepit a moyse et durauit usque ad Salomonem. Nam iudei in deserto dicebant. Utinam essemus mortui in egypto quando sedebamus super ollas carnium et comedebamus panem in saturitate: ut habetur. Exo. xvi. Etiam Sanson excandescebat amore dalille. Judic. xvi. Duritia obstinationis et pertinacie que incepit a Salomone qui immemor beneficiorum dei rone prostituta ydola coluit. Et Roboam a quo recesserunt decem tribus sua dira tyrannide. iij. Reg. xij. Uersutia fictionis et fallacie: que incepit a phariseis qui abiecto timore dei summum sacerdotium symoniace vendebant ut patet in libris Machabeorum. Ista execrabilia christus velut lapis hodie de monte psiliens comminuit: contriuit: et in nihilum redegit. Quod est tempus regularis obseruantie: continentie: veritatis: humilitatis: castitatis: paupertatis: et largitatis. hec omnia docuit nos christus hodie ut patet in euangelijs per totum. De congruitate huius temporis loquitur Paulus gal. iiij. At ubi venit plenitudo temporis misit deus filium suum natum ex muliere factum sub lege. Super quo dicit sanctus Thomas iij. parte. q. xxxv. arti. viij. in rn. quod hec est differentia inter xpm et alios homines quod alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis. xpus autem tanquam dominus et conditor omnium temporum elegit sibi tempus in quo nasceretur sicut et matrem et locum. Et quia que a deo sunt ordinata sunt et conuenienter disposita. consequens est quod christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit ut nos ad vitam reduceret: ita in tempore dignatus est nasci quo mox natus censui cesaris ascriberetur atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur et hec est ratio cur hodie. Secunda ratio est quia tempore illo quo totus orbis sub uno principe viuebat maxima pax fuit in mundo. Ideo decebat ut illo tempore nasceretur qui est pax nostra faciens utraque unum: ut dicitur Eph. ij. Et hec est ratio hieronymi super Esa. ubi dicit sic. Ueteres reuoluamus hystorias et inueniemus usque ad vigesimumoctauum annum cesaris augusti in toto orbe terrarum fuisse discordias; orto autem domino omnia bella cessauerunt secundum illud Esa. ij. Non leuabit gens contra gentem gladium: hec ille. Tertia ratio est quia congruebat ut illo tempore quo unus princeps dominabatur in mundo christus nasceretur qui venerat suos congregare in unum ut esset unum ouile et unus pastor. Joh. x. Et hec est ratio sancti thome ubi supra in responsione ad primum. Quarta ratio est quia tempore regis alienigene christus nasci debebat ut impleretur prophetia Jacob dicentis Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de iuda donec veniat qui mittendus est. et hec est ratio Crisostomi super mattheum dicentis. Quamdiu iudaica gens sub iudaicis regibus: quamuis peccatoribus tenebatur: prophete mittebantur ad remedium eius. Nunc autem quando lex dei sub potestate regis iniqui tenebatur: nascitur christus. quia magna et desperabilis infirmitas medicum artificiorem querebat. hec ille. Quinta ratio est quia tunc christus nasci voluit quando lux diei crementum incipit accipere: ut ostenderetur quod ipse venerat ut homines crescerent in lucem diuinam secundum illud Luce primo. Illuminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. Simul etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem: ut et tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis et hec est ratio Augustini in libro de questionibus noui et veteris testamenti. ideo ecclesia cantat. Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignatus est: ut hominem perditum ad regna celestia reuocaret. Gaudet exercitus angelorum: quia salus eterna humano generi apparuit. Hodie nobis pax vera de celo descendit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. hodie christus natus est. hodie saluator apparuit. hodie in terra canunt angeli: letantur archangeli. hodie exultant iusti: dicentes. Gloria in excelsis deo hec ecclesia. Et istud confirmat leo papa in sermone hodierno dicens. Saluator noster dilectissimi natus est gaudeamus. Nec enim fas est locum esse tristitie ubi natalis est vite. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur. una enim letitie communis est ratio. Gaudeat sanctus quia inuitatur ad palmam: gaudeat peccator quia inuitatur ad veniam. animetur gentilis quia vocatur ad vitam: hec ille. Patet ergo manifeste responsio ad questionem qua queritur quare hec dies est maxime exultationis et letitie per hoc quod

angelus dicit. quia natus est hodie saluator ergo gaudeam⁹ omnes fideles saluator noster natus est in mundū. hodie processit p̄les magnifici germinis et perseuerat pudor virginitatis. ideo dicit angelus. Euāgelizo vobis gaudium magnū quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator: vt dicunt verba pposita in quibus nota quatuor flores. B

Primus flos. natus est nobis hodie saluator tanq̄ veterum errorū expulsiuus. vnde. ij. Regū. xxiij. dicit. Lux aurore oriente sole mane absq̄ nubibus rutilat. Nam homo viuens in lege nature deuenerat in tantam ignorantiam q̄ vix erat qui deum cognosceret et ydolis non seruiret. Genes. vi. Omnis quippe caro corruperat viam suā coram domino. scz ydolis seruiē do. Deutero. xxxij. Immolauerūt demonijs et non deo dijs quos ignorabant. Ideo dicit sanctus Thomas in epistola ad vrbanū papam. Sapiētie lux infusa hominibus per peccatorum tenebras et occupationum temporalium caligines erat obumbrata. Et intantum erat cor quorūdam insipiētium obscuratum: vt gloriam dei in ydola vana cōuerterent: et ea facerent que non conueniūt: in sensum reprobum incidentes hec ille. Ad has tenebras expellendas natus est christ⁹ tanq̄ lux vt patet per duos testes. Primus est Esayas. xlix. c. dicēs. Dedi te in lucē gentiū vt sis salus mea ab extremis terre. Secundus est Salomon. Sapie. vij. dicēs. Candor est enim lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis. et ymago bonitatis illi⁹ Nam filius dei non venit ad nos in subsistē tia sue maiestatis nec in fonte sue claritatis quia tantam lucem et claritatem nō potuissemus sustinere. s. vt ipm intueri possem⁹ sue claritatis lucem obtexit et obumbrauit tegimine sue sanctissime et mundissime carnis quam de vtero v̄ginali p nobis peccatorib⁹ misericorditer assumpsit. prout sanctus Thomas in epistola ad vrbanum papam dicit. Fons sapiētie verbum dei presidens in excelsis: per quod pater prudēter fecerat et suauiter disposuerat: in fine temporum carnem sumere voluit vt sub tegumento nature corporee splendorem eius humanus intuitus posset inspicere quem in celsitudine maiestatis sue non valebat attingere: hec ille. Et crisostomus super illud. Uidimus gl'iam eius dicit sic. Uidimus gl'iam eius quā vtiq̄ nō vidissemus nisi per consortiū humanitatis visus esset a nobis. Et augustinus ibidem dicit. Uerbum caro factū est: vt possis dicere vidimus gl'iam eius. Istud declarat dupl'r Primo exemplo nature. Secdo mysterio figure. Exemplū in natura est tale. Cū homo nō possit videre solem in sui claritate: q̄a excellens sensibile positum supra sensū corrūpit sensum: vt dr̄ tertio de anima. ideo ponit ante oculos pannū lineū clarū vt sic videat solem. ita intellectus noster qui se habet ad manifestissima nature sicut ocul⁹ noctue ad lucem solis: vt dr̄ secūdo Metha. Cum non posset videre deum in sui claritate. iux̄ illud Esa. xlv. Uere tu es deus absconditus supposita humanitate diuinitati cognoscimus deum: vt verificet illud quod dr̄. Esaye. lij. Propter hoc sciet populus meus nomē meum in die illa: quia ego ipe qui loq̄bar ecce assū. Mysteriū figure apparet Exo. xxxiiij. vbi dicitur. Operiebat moyses faciem suam siquādo loquebat ad eos. Super quo dicit Crisostmo⁹ sup mattheū. Si eñ iudei moysi nō sustinuerūt faciē glorificatā videre. sed velamie opus fuit: qualiter diuinitatē nudā exñtem: inaccessibilem etiā ipsis supioribus virtutib⁹ nos lutei et terrestres sufferre possemus: hec ille. Etiam velum erat in templo. Exo. xl. Cūq̄ intulisset archam in tabernaculum appendit ante eam velum. vt sic possz vtcūq̄ deū pp'ls cognoscere. Et h̄ in figura huius mysterij ptingebāt illis. C

Secundus flos. natus est nobis hodie saluator tanq̄ mortuorum viuificatiuus. Iste flos patet p duos testes Primus est ps dicēs. Benedic anima mea domino et noli obliuisci oīs retributiones eius &c. vsq̄ dies eius tanq̄ flos agri sic efflorebit. Secūdus est Esayas. lxi. c. Spirit⁹ dñi super me eo q̄ vnxerit me ad ānūciādū mansuetis. Misit me vt mederer contritis corde: et predicarem annū placabilē dño &c. Etiam potest declarari exemplo in natura et mysterio in figura. Exemplū in natura est tale. Dicūt naturales q̄ sol est maxime causa vite et sanitatis. vnde quidā eo₄ dixerūt. q̄ sol est pater hominū deorūq̄ vt dicit tertio de anima. Et p̄mo de celo dicit philosophus p̄mum orbem esse causam omis viui

õmis virtutis: ⁊ oĩs operationis. Et hoc me diante sole. qꝛ homo ⁊ sol generãt hoiem. vt dr scđo phicoꝝ. Ratio est: qꝛ vita ⁊ sanitas cõsistit in calido ⁊ humido temperato: puta in sanguine: sol aũt est causa calidi tempe rati: ergo ⁊c. Et precipue est cã sanitatis in ortu suo. Nam videmus ꝙ infirmi melius se habẽt in ortu solis ꝙ̃ in meridie vel in sero. Sic spũaliter xp̃s est sol. Malachie. iiij. ca. Orieꝛ vobis timentibꝰ nomen meũ sol iusti cie ⁊ sanitas in pẽnis eius. ideo est cã sanita tis ⁊ vite spũalis ⁊ precipue in sui natiuita te: ꝑut dicit Esa. lviij. Mane erũpet lumen tuũ ⁊ sanitas tua citius orieꝛ. Icẽ dič. xxv. ca. loquẽs xp̃o. Factus es fortitudo paupi: for titudo egeno in tribulatione sua: spes a tur bine: vmbraculũ ab estu. Misteriũ figure ha beꝛ. Numeri. xxi. Ubi deus mandauit moysi dicẽs. Fac serpentẽ eneũ: ⁊ pone eum pro si gno qui percussus aspexerit eũ viuet. Et ita accidit vt ibidem dr. Per istum serpentez fi gurabatur xp̃us qui venerat ad liberanduz nos ab infirmitatibus nostris. Mar. ij. cap. Non egent qui sani sunt medico: sed male habẽtes. ideo Bernardus in sermone dicit sic. Non sane infructuosa est natiuitas salua toris. respicite perditi: venit xp̃us querere ⁊ saluum facere quod perierat. Morbidi con ualescite. Siquidem ante faciem vnctionis xp̃i nullus omnino stare poterit morbus ani me. hec ille. ideo dicit Psal. Misit verbum suum ⁊ sanauit eos. D

Tertius flos. Natus est

nobis hodie saluator vt ianuam celi nobis aperiret Sancti doctores tradunt ꝙ nec le galia. nec circũcisio: nec aliqd aliud quod an te incarnationem filij dei fieret aut seruareꝛ eterne vite ianuam nobis reserabat: sed filiꝰ dei sui incarnatione ⁊ natiuitate hãc ianuã nobis aperuit. In cuius signum multitudo angeloꝝ descẽdit ad hꝰ nobis manifestandũ Consuetudo est in ciuitatibus ꝙ porte stant clause per totam noctem: sed de mane aperi unꝛ. ꝑmo Paralipo. ix. ca. Stabant in custo dijs suis ⁊ facto mane aperiebant portas. Spũaliter per totam noctem tam legis na ture ꝙ̃ legis scripture: scz mosayce: qð erat tẽpus noctis ⁊ ignorantie: porte erant clau se. Sed in mane natiuitatis filij dei sunt a perte. Judič. xix. Mane facto surrexit homo ⁊ aperuit ostium. Mane facto. scz incarna tionis surrexit homo: scilz ille homo de quo scriptum est. homo est ⁊ quis cognoscet euz Ille homo. de quo dicit in Psal. Homo natus est in ea. id est in virgine gloriosa: ⁊ a perуit ostium scilicet regni celorum. Unde glosa super illo verbo. Non erat locus in di uersorio dicit sic. Eget loco vt nos in celis habeamus mãsionem: ideo in via nascitur qꝛ viam nobis ostensurus erat. Juxta illud. Joh. xiiij. Ego sum via veritas ⁊c. E

Quartus flos. natus est

nobis hodie saluator vt sine defectu nobis effulgeret. Nam sine aliq̃ peccato cõceptus ⁊ natus est xp̃us. Unde magr̃ sniarum lib. iij. di. xvi. ca. ij. dicit sic. Et est notandũ xp̃m de omi statu hoĩs aliquid accepisse q̃ omẽs venit saluare. Sunt enĩ quattuor status ho minis. primus ante peccatũ. secundus post peccatum ⁊ ante gratiam. tertius sub gratia quartꝰ in gloria. De primo statu accepit im munitatem peccati. Unde Aug. exponens illud Johãnis euãgeliste. Qui de sursum ve nit super omẽs est. dicit xp̃m venisse de sur sum. id est de altitudine summa humane nature ante pctm̃: quia de illa altitudine as sumpsit verbum dei humanam naturã dum culpam non assumpsit: cuius assumpsit pe nam. sed penã assumpsit de statu secũdo ⁊ alios defectus. De tertio vero gratie plenitu dinem. de quarto non posse peccare ⁊ dei ꝑ fectam contẽplationẽ. Habuit enĩ simul bo na vie quedã ⁊ bona patrie: sicut ⁊ quedam mala vie. hec Magister. disti. xij ca. iij ⁊. iiij. idem dicit. Ideo petrus in ep̃la. Qui pecca tum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. Figuraz huius hẽamꝰ. Dani. iij. vbi dr Uideo q̃ttuor viros solutos in medio ignis ambulantes ⁊ nihil corruptionis in eis est. Et species quarti similis est filio dei. Per istos quattuor viros intelligo Hieremiam Johãnem baptistam Beatam virginem ⁊ xp̃m solutos quo ad eoꝝ natiuitatez ab ori ginali peccato: in medio ignis huius mundi ambulantes. Sed species quarti similis est filio dei qui non solum est solutus a peccato originali in sua natiuitate: sed etiã in sua pce ssiõe. Unde nullus est christo similis nec ei adequari põt. Juxta illud Psal. Quis in nu bibus equabitur dño: quasi dicat nullꝰ. quo niam omẽs declinauerunt simul: inutiles fa cti sunt non est qui faciat bonũ: non est vsqz

ad vnum: scilicet xp̄m hodie nobis natum.

In eodem festo natiuitatis dominice Sermo secundus. ordine. xij.

Verbum caro factū est & habitauit in nobis. Joh. pmo. & in euangelio tertie misse huius solēnitatis. David p̄pheta loquens de natiuitate verbi incarnati in Psal. dicit. Deus noster manifeste veniet deus noster & non silebit: aduocabit celum desursum & terram discernere populū suū. Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamentum eius super sacrificia & annunciabunt celi iusticiam eius quoniā deus iudex est: scz p̄ redemptione generis humani. Et subdit. Audi populus meus & loquar israel & testificabor tibi deus de⁹ tu⁹ ego sū. hec ille. Et paulus p̄nuncians hoc esse impletum dicit. Tit. ij. Apparuit gratia saluatoris nostri dei omnibus erudiens nos: vt abnegantes impietatem & secularia desideria sobrie iuste & pie viuamus in hoc seculo. A Super quibus verbis sanctorum moueo talem questionem. Utrum verbi incarnati gloriosa natiuitas s̄m quam voluit genus humanum saluari: rōnabiliter debuerit omnibus hominibus manifestari? Ad istam q̄stionem respondens sanctus Thomas tertia parte. q. xxxvi. arti. i. in corp. dicit sic. Natiuitas xp̄i nō debuit cōiter oib⁹ esse manifesta p̄pter tres rōnes. Prima ratio est: quia per hoc fuisset impedita humana redēptio q̄ per crucem eius facta est: q: vt dicit. i. Corinth. ij. Si cognouissent nunq̄ dn̄z glorie crucifixissent. Secūda ratio ē: q: hoc diminuisset meritum fidei per quā venerat homines iustificare: s̄m illud. Roma. iij. Justicia dei per fidez iesu xp̄i. Si em̄ manifestis indicijs xp̄o nascente eius natiuitas oīb⁹ appareret iā tolleret ratio fidei que est argumē tum non apparentiū. vt dicit. Heb. xi. Tertia ratio est: q: per hoc venisset in dubium veritas humanitatis ipsius. vnde Augusti. dicit in ep̄la ad Volusianū. Si nullas ex paruulo in iuuentutē mutaret etates: nullos cibos: nullos caperet somnos: nōne opinionē confirmaret erroris: nec hoīem verum vllo modo suscepisse crederet. Et dum oīa mirabiliter facit aufert quod misericorditer fecit. hec ille. B Sed tamen p̄ maiori euidentia huius responsion. e dubium est: quare dyabolus motus est ad tēptandū hoīem. Cum em̄ primus angelus fuerit maioris dignitatis & excellentie s̄m naturam quo ad cognitionem dei & rerum creatarum: & quo ad voluntatem & arbitrij libertatem: etiam quo ad gratiaz in qua conditus erat. homo autē minoris erat dignitatis & p̄fectiōis naturalis. vt pz & quo ad gratiā in qua erat creatus. Quid ergo mouit primū angelum ad temptandū primū hoīem. Ad hoc respondet sanctus Bernardus exponens illud qd̄ dicit Jone. i. Propter me orta est tēpestas &c. dicens. C dyabolus vidit rōnalem creaturam assumendaz in vnitatem persone filij dei: & ex hoc inuidit & hec inuidia fuit causa casus eius & mouens ipsum ad tēptandū hoīem. Ex q̄bus verbis apparet q̄ incarnatio filij dei fuit occasio tēptandi adam. Q̄d pōt patere ex verbis dyaboli dicentis. eritis sicut dij. Genes. iij. Volēs experiri an homo perueniret ad tantā excellentiā & dignitatē. vt eadem persona humana esset deus & homo. Cogitauit itaq̄ demon apud semetipsū dicens. Tanta est grauitas peccati q̄ nec deus nec celū potest ipsum sustinere: imo nec terra: quia mihi dictum est. vt habet. Esa. xiiij. Quomodo cecidisti de celo lucifer qui mane oriebaris. Corruisti in terram qui vulnerabas gētes: qui dicebas in corde tuo. in celum conscendaz. super astra celi exaltabo solium meū: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. id ē ero caput princepsq̄ maloz. Ascendam super altitudinē nubiū & similis ero altissimo. Verūtamē ad infernū detraheris in p̄fundum laci. Si ergo peccatum meū in tantū est detestabile q̄ deus me non sustinuit p̄pe se: sic de hoīe erit: quem si induxero ad peccandum & maculandū totam naturā humanaz nunq̄ dignabit deus eam assumere vt perueniat ad tantaz dignitatem: scz vt homo fiet deus & p̄pter hoc induxit hoīem ad peccandum. ideo dicit. Sapie. ij. Inuidia dyaboli mors introiuit in orbem terrarū. Credens itaq̄ homo se decipi fecit preceptum contēnendo sicut ante peccatum preuiderat deum incarnandū quando dixit Hoc nunc os ex ossibus meis & caro de carne mea &c. Super quo verbo dicit paulus. Sacramentū hoc dico magnum in xp̄o iesu & in ecclesia ad Ephes. v. capi. Ita etiam post peccatū cognouit deum incarnādū in remediū peccati sui q̄n de⁹ dixit. Ecce

adam factus est quasi vnus ex nobis. Gen. iij Non vt dicit deus insultando homini sed confirmando primũ ꝓpositum suũ. ac si dixisset. nunc expedit vt vnus ex nobis fiat homo pro redemptione generis adeoq; nullus homo purus hoc potest facere. vnde Hugo de sancto victore dicit. Pensa diuinã pietatem: tenuit homo diuinam similitudinez ad quam factus est. venit xp̄s vt reformaret et etiam eandẽ similitudinẽ transformaret. dictũ est quasi in voce exprobrantis et alloquẽtis. Ecce adam factus est quasi vnus ex nobis. dicamus in voce exultationis et confitẽtis. Ecce de⁹ factus est quasi vnus ex nobis Unde de secũdo adam hoc possumus intelligere. hec ille. Respondit filius et spũssanctus patri et dixerunt. Nonne possumus facere vnam creaturã cuius bonitas prepõderet bonitati totius humane nature: quomodo ergo essem⁹ oĩpotentes. si hoc facere nõ possemus. Et si hoc possumus ergo per illã recompensari posset corruptio totius humane nature. E. Respondit pater et inquit. Sicut ego ita et vos optime cognoscitis ꝙ nulla natura in quantacũq; dignitate crearetur a nobis posset sufficere ad reparationem corruptionis humane nature per modum satisfactionis. Cuius rationem triplicem adduco. Prima ratio quia omnis creatura totum qd̄ potest pro se deo debet. Unde non relinquitur sibi quo pro alio satisfacere posset. Secunda ratio est: quia hoc requirit in satisfactione. vt illud quod satisfaciens reddit preponderet ei quod per culpã ablatum est vel saltem sit equale illi. Quamuis autem aliqua natura creata sit vel possit esse melior natura humana: non tamen natura in aliqua ꝑsona creata considerata potest adequare bonitatem totius nature humane. Bonũ enĩ totius nature humane est quodãmodo infinitum per comparationez ad supposita: inq̃tum natura humana in infinitum per generationẽ cõmunicabilis est: bonũ autem cuiuslibet nature create in se finitũ est et finit ꝓut consideratur in vno supposito. et ideo cum actus et operationes sint suppositoꝝ non potest esse: vt operatio alicuius creature valeat tantum q̃tum est bonum totius humane nature vt possit esse digna satisfactio ꝓ eius reparatione. Tertia ratio est quia nos dedimus humane nature in sui prima creatione quedaz per que supra statum suis principijs congruentẽ eleuabat; puta imortalitatem que erat gratie non nature: iustitiã originalem et alia hmõi ex mera liberalitate nostra: que oĩa per peccatum amisit. vnde reparare eam est ad gradũ superiorem ipsam eleuare in quo prius condita fuerat. Sed non est possibile eleuare aliquã naturã ad superiorem gradum nisi nobis q̃ naturas condidimus et earuz gradus ordinauimus. ideo precise vnus nostrũ põt humanã naturã reparare. Iste rõnes confirmãtur per Aug. libro cur quãdo et quomodo deus homo. ca. vi. dicẽtem. Sicut per hominẽ tãtummodo hoĩum fieri redemptio videatur: cõuenit vt intelligat ꝙ de ade stirpe nullus naturaliter ꝓpagari poterat q̃ illius delicto non teneret astrictus. Et ideo quislibet tantominus vniuersale cyrographum delere posset: quãto vniũsali vel ꝓpria culpa minime careret Unde rex clemens et potens tali modo homĩ subuenire disposuit: q̃ melius nũq̃ excogitari potuit et vnde cõdescendit clementius inde illum eleuauit potẽtius. Quia enĩ primus homo ceciderat oportuit vt homo secundus conderet qui rectitudinẽ quã primus homo non tenuerat iste quasi emendando teneret. hec ille. Ideo de⁹ pater ꝓfert cum filio et spũ scto dicens illud qd̄ ponit Augusti. ibidez. ca. x. Adam ꝑ inobedientiã morti addictus merito potest dolere: sed multo grauius ac miserabilius posset lugere si reparationis sue mysteriuz diutius ignoraret. Scit enĩ ꝙ nos angelis delinquentibus nõ pepercimus: sed irrecuperabiliter eos dãnauerim⁹. Ideoq; merito multo sibi minus parcendũ opinari põt. Demũ itaq; qui prius tangendo vetita grauez ruinam fecit satis grauiorem et valde incõparabiliter deteriorẽ desperãdo incurreret nisi dominicũ aduẽtum ad instar angeloꝝ minime cadentium cognouerit venturũ. Uerũtamẽ summa nostra prouidentia qua lapso homini manũ porrigere disposuimus ꝙ tandem ad gratiam redeat ei insinuare velimus: et sub multis miserijs egrotantem de spe recuperande salutis letificare et quodãmodo pondus instãtis ei doloris alleuiare curemus. hec ille. Sic ergo primo homi fuit primitus reuelatus aduẽtus dñi vt si merito de instãte miseria doleret valde tamen de suo sueq; posteritatis remedio gauderet et filijs suis quibus mortis sententiã induxerat: quasi con

gratulando eorum redemptionem per aduen
tum domini posset intimare. Sciebat enim quod
post sui lapsum nemo ex eius stirpe more na
turali propagandus erat qui se vel alios eri
gere valeret: nisi ille desursum veniret qui vir
tute diuinitatis de carne peccatrice sine pec
cato acciperet humanitatem: cum qua homi
nes iacentes erigeret de palude cui inhese
rant et valde magno et ita dicam conamine ex
traheret. Tali quippe desiderio adam cum
filijs suis cruciabatur et tali spe pariter reso
labatur. Exemplum: supplicanti domino
pape vel imperatori fit gaudium quando sup
plicatio est presentata: maius quando est si
gnata: adhuc maius quando est registrata
et sigillata: sed maximum gaudium est quando
sigillata et registrata offertur et presentatur
supplicanti: sic in proposito. Adam propter
peccatum suum fuit expulsus de paradiso ter
restri et priuatus maxima hereditate: quia pa
radiso celesti et pro se et pro semine suo. Ui
dens autem quod non poterat redire ad tantam
dignitatem nisi per incarnationem filij dei
habito consilio cum filijs suis composuerunt
vt mitterent supplicationem deo patri pro ad
uentu filij dei in carne. Quia vero Adam fue
rat transgressor mandati dei ideo abel tanquam
primus iustus presentauit supplicationem pro
liberatione generis humani. de quo abel di
cit Augustinus libro de mirabilibus sacre
scripture. cap. v. Iusticia triplex in abel fuit.
Prima virginitas non generando. Secun
da sacerdotium munera placita deo offeren
do. Tertia martyrum fideliter moriendo. Cui
primam figuram saluatoris gestare concedi
tur qui virgo martyr et sacerdos esse dicitur.
Et libro diuersarum questionum ad orosium
dicit sic Tria maxime iusticie preconia in a
bel fuisse comprobantur scilicet virginitas sacer
dotium et martyrium in quibus xpi figuram
primus gessit. ideo ignis missus est de celis
qui hostiam abel sicut sepe factum esse viris
sanctis legimus approbauit. hec ille. Unde
dicitur Gene. iiij. Respexit dominus ad Abel et ad
munera eius. Supplicatio abel sic continebat:
Tu domine deus noster suauis es et verus: pa
tiens et in misericordia disponens omnia. Et
enim si peccauerimus tui sumus scientes ma
gnitudinem tuam. Et si non peccauerimus
scimus quoniam apud te sumus computati. Nos
se enim te consummata iusticia est et scire iustici
am et veritatem tuam radix est immortalita
tis. sed illum qui primus creatus est a te do
mine pater orbis terrarum. Cum solus esset
creatus custodiuit iusticiam et veritatem tuam:
et eduxit illum a delicto suo, et dedit illi virtu
tem continendi omnia. Ab hac vt recessit in
iustus insipientie sue reliquit hominibus me
moriam: vt in his que peccauit nec latere po
tuerit. Sed non impossibilis est omnipotens
manus tua que creauit orbem terrarum ex
materia inuisa: sed omnia in mensura et nu
mero et pondere disposuisti. Multum enim
valere tibi soli superat semper: et virtuti bra
chij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentum
statere: sic ante te est orbis terrarum: et tanquam
gutta roris antelucani qui descendit in ter
ram. Sed et misereris omnium: quoniam omnia potes et
dissimulas peccata hominum propter penitentiam.
Diligis enim omnia que sunt et nihil odisti ho
rum que fecisti: nec enim odiens aliquid feci
sti aut constituisti. Quomodo autem posset
permanere aliquid nisi voluisses: aut quomo
do a te non vocatum in esse conseruaretur?
Parcis autem omnibus quoniam tua sunt domine qui
amas animas. Cum sis ergo iustus iuste omnia
disponis ipsum quoque qui non debet puniri
condemnas et exterum extimas a tua virtute.
Itaque vt bonitatem tuam cogitemus iudi
cantes et cum de nobis iudicatur speremus misericordiam
tuam. Sapien. xv. xi. et xij. capitulis. Domine ne me
mineris iniquitatum nostrarum antiquarum cito anti
cipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus ni
mis. Adiuua nos deus salutaris noster et propter gloriam
nominis tui domine libera nos et propicius esto peccatis
nostris propter nomen tuum. hec est supplicatio abel.
Quam supplicationem cum accepisset deus pater propo
suit eam filio et spiritui sancto. respondit spiritus sanctus dicens
quod non videbatur sibi quod pro nunc fieret tantum
mysterium: quia sicut aduentum magni regis
oportet aliquos nuncios precedere vt prepa
rentur subditi ad eum reuerenter suscipiendum: ita
oportet aduentum filij tui in terris multa precedere
quibus homines sint parati ad deum incarnatum sus
cipiendum et per multa documenta hominum mentes
disponantur ad ei facilius credendum et fiant auidi
ores ad impetrandum. Preterea sicut absur
dum fuisset si voluissemus solum etatem iuuenis
le in homine in statu innocentie fuisse quia euacuas
semus pulchritudines que ceteris etatibus suas
vices atque ordines gerunt: sic absurdum est
ab vniuerso genere humano vicissitudinarias
etates auferre. Nam et ipsum tanquam vnus ho
suas etates agit. Si ergo filius tuus nun

incarnabitur auferemus ab humano gene-re suas erates. ¶ Tunc dixit deus pater spũi sancto. Quãto magis differtur medicina tã to periculosius morbus inualescit. Sapiens enim medici est vt periculum morbi deuitet. maxime cuz prouerb. tertio dicatur: Ne dicas amico tuo reuertere ⁊ cras dabo tibi cũ sta tim possis dare. Quia vero Abel est inter ce teros homines maxime iustus cum nobis obtulerit de pmogenitis sui gregis ⁊ de adipi bus eorum. vt dicitur Geñ. iiij. ergo videtur ꝙ debeamus exaudire supplicationem eius Si enim acceptauim⁹ sacrificiũ eius quãdo misimus ignem vt accẽderet hostias eius: quare nõ exaudimus petitionem eius. ¶ Re-spondit spiritussanctus dicẽs ꝙ aliter est in morbo corporali ꝙ̃ spũali. quia ad sanatio nem morbi corporalis non exigit vt infirm⁹ vim medicine ⁊ periculum morbi cognoscat: quod tamen maxime necessariũ est in sana-tione morbi spũalis: qm̃ per humilitatem et contritionem spũs sanat. Ideo quãuis me dicina corporalis non differat tamẽ spũalis differri potest. Faciamus ergo sicut facit me dicus corporalis qui pbet egroto medicinaz pparatoriam anteꝙ̃ det pfectam medicinã: ita nos exhibeamus generi humano ppa-ratoriam medicinam contra morbuz pecca ti originalis p nunc scz oblationẽ pmitiarũ ⁊ ita factum est. ¶ Licet autẽ Abel sit nobis carus gratus ⁊ acceptus ⁊ beniuol⁹. tamen rõnabile est vt istum amorẽ coniungamus discretioni que nõ facit accelerari donũ an-teꝙ̃ expediat ei cui dat. Non autem expedit humano generi hoc donum accipere anteꝙ̃ experimento discat quãtũ eo indigeat: vt sic acceptum carius habeat. Uere pater sancte pꝑter hoc in nullo habet genus humanum conqueri de nobis quia statuet. vt sponse nõ statim pacte tradant. ne vilem habeat mari-tus datam quam non suspirauit dilatam vt habet. xxvij. q. ij. c. statutum est ⁊c. ¶ Audiens aũt demon ⁊ cognoscẽs qm̃ abel supplicassz deo patri sup salute generis humani timuit ne exaudiret petitio eius quia videbat ange los descendẽtes de celo ⁊ coll'oquentes cum Abel sup hoc mysterio. dicebat intra se hoc cognoui a pncipio creationis mee ꝙ homo debebat exaltari ad tantã dignitatẽ vt esset deus. ideo induxi hoiem pmum ad peccãdũ qui eiectus est de paradiso. sed iste abel hoc mysteriũ cognoscit. ideo supplicat deo patri vt filium suũ mittat in terris ⁊ iam ei⁹ mu-nera accepta sũt deo. ppterea opz me vti ar-mis meis vt hanc rem impediã. Tũc statim cõmouit cayn contra fratrẽ suũ abel dicens Ecce frater tuus abel maliciose pcurat vt be nedictio patris tui ad eum pueniat. cum tñ sit minor natu. meliora offert sup altare cre dens placere patri tuo: q̃ tñ in sudore vult⁹ sui vescit pãe suo ipe labores vños dissipat Iratusqz est cayn vehemẽter ⁊ cecidit vult⁹ eius: dixitqz cayn ad abel fratrẽ suum. Egre diamur foras: cũqz essent in agro cõsurrexit cayn aduersus abel fratrẽ suuz ⁊ interfecit eum vt dr Geñ. iiij. ¶ Uidens aũt deus pater nequitias demonis ⁊ pctm̃ cayn dixit filio suo vnigenito: quia abel iustus: innocens et sanctus petiuit vt descẽderes ⁊ sanares gen⁹ humanũ: pcurante dyabolo mortuus est ⁊ occisus a fratre suo cayn ⁊ subito facta est vox magna in celis dicẽs. Emitte manũ tu-am de alto. Eripe me ⁊ libera me de aq̃s mul tis ⁊ de manu filioꝝ alienoꝝ. i. demoniorum quoꝝ os locutũ est vanitatẽ ⁊ dextera eoruz dextera iniq̃tatis. dixitqz filius patri. Quid sibi vult ista vox. Rñdit pat filio. Ecce vox sanguis fratris tui abel qz frater eius eris p incarnationẽ. Clamat ad me de terra scz vt mittã te ad eos ⁊ eripias eos de interitioni bus eoꝝ. Cui dixit fili⁹. Nunqd nõ tenebre dies dñi ⁊ nõ lux ⁊ caligo ⁊ nõ splẽdor in ea Amos. v. Ipsi aũt sicut adam trãsgressi sunt pactũ ipsi puaricati sunt in me. Osee. vi. Sz neqz dabũt cogitationes suas vt cõuertant ad dñm deũ suũ: qz spũs fornicationũ in me dio eoꝝ est. ⁊ dñm nõ cognouerũt. ibidez. v. ¶ Uidens aũt deus ꝙ malitia hoiũm esset in terra: et cũcta cogitatio cordis hũani intẽta eẽt ad malũ oi tpe ... effundã sup eos oẽm indignationẽ meã: oẽz irã furoris mei. Sophonie. iij. Precepit aũt de⁹ noe vt fabri caret archã dicẽs. Finis vniuerse carnis vẽit corã me: repleta est tra iniq̃tate a facie eoꝝ ⁊ ego disperdã eos cũ terra. Factũqz ẽ dilu uiũ q̃draginta dieb⁹ sup terrã ⁊ mltiplicate sunt aq̃ ⁊ cõsumpta est oĩs caro q̃ moueba tur sup terrã ⁊ deleuit oẽm subaz q̃ erat sup terrã. Remãsit aũt sol⁹ noe ⁊ q̃ cũ eo erant in archa. ¶ Egressus ẽ noe cũ his qui cum eo erãt in archa. Uidit qm̃ dyabolus sua astu-tia supauerat hũanũ gen⁹ ⁊ cogitauit scdo pñrare supplicatõnẽ deo pri sup salute gene ris humani. Edificauit aũt Noe altare dño

⁊ tollens de cunctis pecoribus ⁊ volucrib⁹ mundis obtulit holocausta super altare domino dicens. Deus patrum meorum ⁊ domine misericordie qui fecisti omnia verbo tuo ⁊ sapientia constituisti hominem vt dominaretur creature tue que a te facta est vt disponat orbem terrarum in equitate ⁊ iusticia ⁊ in directione cordis iudicium iudicet. Non ignoras quoniam iniqua est natio hominum ⁊ naturalis malicia ipsorum: quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictū ab initio: nec timens aliquē ⁊ tu veniam dabas peccatis illorum? Quis enim dicet tibi quid fecisti? Quis stabit contra iudicium tuum? Quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? Quis tibi imputabit si nationes perierūt quas tu fecisti? Nec enī est alius deus preter te, cui cura est de omnibus vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium neq; rex neq; tyrannus in cōspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. Cum perierant superbi gygantes spes orbis terrarum ego ad ratem confugiens remisi seculo semē natiuitatis: quia manu tua erat gubernata. Docuisti autem populum tuum per talia opera quoniam oportet iustum esse ⁊ humanum ⁊ bone spei fecisti filios tuos: quoniam iudicans das locum penitentie in peccatis. Tu es qui vite ⁊ mortis habes potestatem. Que in celis sunt quis inuestigabit. Sensum autē tuum quis sciet nisi tu dederis sapientiam ⁊ miseris filium tuum de altissimis per quem sanabuntur quicunq; placuerunt tibi domine a principio. Sapien. ix ⁊ xi. capitulis hec est supplicatio noe. Iuste ergo vocatū est nomen eius noe Sic enī prophetauerat lamech pater ei⁹ de eo dicens. Iste consolabit nos ab operibus ⁊ laboribus manuū nostrarū in terra cui maledixit dominus. Geneb. quinto cap. Tunc deus pater loquens filio suo precauens in futurū tactus dolore cordis intrinsecus. Delebo inquit hominē quem creaui a facie terre. penitet enī me fecisse eos. Geneb. sexto. caplo. Considerate domini mei istum textum ⁊ videte q̄ clare deus pater predixit incarnationem filij sui. Quid enī intelligitur per hec. penitet me fecisse hominē: quia malicia hominum multa esset in terra? Deus enī non potest de aliquo penitere: quia omnia videt anteq̄ fiant ⁊ sciuit hominem peccaturū anteq̄ ipsum crearet: nisi hoc q: multa malicia hominum est. Pro qua nequaq̄ soluere potest purus homo immo pena tenebit filium dei in carne passurum. Et probat hoc deus pater cum subditur. precauens in futurum: id est cogitans de futura filij sui incarnatione que futura erat quo ad nos: sensit eum tacturum a penis ⁊ doloribus intrinsecus vsq; ad animam ⁊ ait tunc delebo hominem: id est derelinquā eum prout christus in cruce clamauit dicens. Deus meus vt quid dereliquisti me? Et cum ad modum hominis considerantis de hominum perditione sermo apud eum foret: amore nimio victus concludit. Penitet id est penitentia me tenebit quia feci hominem. Acceptauit autem deus sacrificium noe ⁊ supplicationē eius. quia vt dicitur. Gene. octauo capitulo. Odoratusq; est dominus odorem suauitatis: ⁊ ait ad eum. Nequaq̄ vltra maledicam terre propter hominem. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum ⁊ cum semine vestro post vos. Hoc signum federis quod do inter me ⁊ vos ⁊ ad omnem animam viuentem que est vobiscum in generationes sempiternas. Arcum meum ponam in nubibus ⁊ erit signum federis inter me ⁊ inter terram. hec ibi. ⁊ capitulo nono. Ecce q̄ expresse deus pater promittit noe se missurum filium suum in carnem prout dicit Iohannes. Apocalip. decimo capi. Et vidi alterum angelum fortem descendentem de celo amictum nube ⁊ yris in capite eius. Cum dicit amictum nube: intelligit amictum carne humana: q: corpus christi ad instar nubis fuit purū ⁊ leue: ⁊ conceptum sine macula. vnde Esa. xix. capi. Ascendit dominus super nubem leuem. vidit itaq; Iohānes arcū diuinalis miserationis in quo sunt quattuor colores. scilicet Rubeus charitatis et amicitie: croceus benignitatis ⁊ innocentie. viridis synceritatis ⁊ pudicitie. niger mēdicitatis ⁊ indigentie. quem deus pater posuit in nubibus nostre mortalitatis ⁊ liquescentie. Uide ergo arcum ⁊ benedic qui fecit illum. Ualde enim speciosus est in splendore suo. Girauit celū in circuitu glorie sue manus excelsi aperuerunt illum. Ecci. xliij. ca. Uidens autem dyabolus q̄ deus proposuerat saluare genus humanū per incarnationem filij dei eterni: ⁊ cogitans q̄ noe erat vir iustus atq; perfectus in generationibus

fuis: ꝛ ꝙ cum deo ambularet. vt habet. Gene. vi. Timens ne id subito fieret ꝛ sic perderet dñium suũ super humano genere: adinuenit nẽroth gygantem robustum venatorem ꝛ tẽptauit eum de superbia dicẽs. Audiuisti a patribus tuis qualiter deus dissipauit totam genus humanũ per aquas diluuij timeo ne id accidat tibi ꝛ posteris tuis. Contra hoc vnũ remedium habeo: scilicet ex quo omẽs hoies estis simul ꝛ eiusdem ydiomatis anteꝙ̃ dispergamini per mundum facite vobis turrem altã vsqȝ ad celum ad quã salubriter confugere possitis si iterũ fieret diluuiũ aquarũ super terram. Statimqȝ nẽroth eleuatus in superbiã cogitauit vt faceret quẽadmodum dyabolus ei suggesserat. Unde Gene. xi. dicit. Erat autem terra labij vnius ꝛ sermonũ eorũdem. Cumqȝ hoies proficiscerent de oriente inuenerũt campũ in terra sennaar ꝛ habitauerunt in eo. Dixitqȝ alter ad ꝓximũ suũ. Uenite faciamus lateres ꝛ coquamus eos igni. Habuerũtqȝ lateres ꝓ saxis ꝛ bitumẽ ꝓ cemento: ꝛ dixerunt. Uenite faciamus nobis ciuitatem ꝛ turrem cuius culmen pertingat ad celum: ꝛ celebremus nomen nostrum anteꝙ̃ diuidamur in vniuersas terras. Descendit autẽ dominus vt videret ciuitatẽ ꝛ turrẽ quã edificabãt filij adam ꝛ dixit. Ecce vnus est populus ꝛ vnũ labium omnibus: ceperũtqȝ hoc facere nec desistent a cogitationibus suis donec eas opere cõpleant. Uenite igitur descendamus ꝛ confundamus ibi linguã eorũ: ꝛ non audiet vnusquisqȝ vocem ꝓximi sui. Atqȝ ita diuisit eos dominus ex illo loco in vniuersas terras: ꝛ cessauerunt edificare ciuitatẽ. Idcirco vocatum est nomen eius babel: quia ibi confusum est labium vniuerse terre. Et inde dispersit eos dominus super faciẽ cunctarum regionum. hec ibi. Tunc genus humanũ dereliquit dominũ deum suũ factorem ꝛ recessit a deo salutari suo. De quibus dicit Sapiẽ. xiij. capi. Uani sunt oẽs hoies in quibus non subest scientia dei. Et de hijs que videntur bona nõ potuerunt intelligere eum qui est. neqȝ operibus attendentes potuerant cognoscere quis esset artifex: sed aut ignem: aut spm: aut citatum aerem: aut gyrũ stellarum aut aquã aut solem: aut lunã rectores orbis terrarũ deos putauerunt. Et in fine loquens de humano genere ydolatrante dicit sic. Non erubescit loqui cũ illo qui sine aĩa est: ꝛ ꝓ sanitate quidem infirmum deprecatur: ꝛ pro vita mortuũ rogat: ꝛ in adiutoriũ inutilẽ inuocat: ꝛ ꝓ itinere petit ab eo q ambulare non potest: ꝛ de acquirendo: ꝛ de operando: ꝛ de omni rerũ euentu petit ab eo q in omibꝰ inutilis est. hec ibi. Et btũs Augusti. lib. xvi. de ciuitate dei. ca. xij. dicit sic. Sicut ergo scriptura sancta indicante didicimus in regione caldeorũ natus est abraham q̃ terra ad regnũ ꝑtinebat assyriorũ. Apud caldeos aũt iam etiã tunc supstitiones impie ꝑualebant quẽadmodũ per ceteras gẽtes. Una ergo thare domus erat de qua natus est abraham in qua vnius veri dei cultus remanserat ꝙuis ꝛ ipse sicut iam manifestior dei ppl's in egypto: ita in mesopothamia seruisse dijs alienis iesu naue narrante refertur. ceteris ex ꝓgenie illius heber in linguas paulatim alias ꝛ in nationes alias posterius defluentibus. Proinde sicut ꝑ aquarũ diluuiũ vna domus noe ad reparandũ genus humanũ remãserat. sic in diluuio multarũ supstitionum ꝑ vniuersum mundum vna remanserat domus thare: in qua custodita est plantatio ciuitatis dei. hec ille. Abraham autẽ postꝙ̃ obtulit sacrificium deo fm qd sibi mandauerat deus. vt habet. Genes. xv. Presentauit supplicationẽ deo patri dicẽ. Inualuerũt sup me vba hoium dicentiũ. Uanus est q seruit deo: ꝛ qd emolumentũ quia custodiuimus ꝓcepta eius: ꝛ quia ambulauimꝰ tristes corã dño exercituũ. Malach. iij. Nũquid perdes iustũ cũ impio. Absit a te vt rẽ hanc facias ꝛ occidas. i. dãnes iustum cum impio. Fi atqȝ iustus sicut impius. Non est hoc tuũ qui iudicas oẽm terram. nequaꝙ̃ facias iudiciũ. Genes. xviij. ca. Hec est supplicatio abrahe qua petit vt deus pater mittat filiũ suum in carnẽ ad redẽptionẽ hoium: ꝛ si nõ prescitorum ꝛ dãnatorũ: saltẽ ad redẽptionẽ iustorũ predestinatorum. Tũc deus pater septies apparuit abrahe cõfortando ipsum qualiter supplicationẽ eius acceptauerat: ꝛ eam signauerat que oĩa habentur a. xij. ca. Geneß. vsqȝ ad. xxij. ca. eiusdẽ. vt patz. Primo ꝓmisit sibi deus eum in magnã gentẽ magnificãdũ non explicando an hoc fieret in semine suo vel nõ. Scdo ꝓmisit sibi deus eũ magnificãdũ ꝛ in se ꝛ in semine suo in sempiternum ꝑpterea ꝙ abrahã edificauit altare dño. Tertio dedit sibi deus victoriã cõtra q̃tuor reges cui cũ occurrisset melchisedech dedit decimas ex omibus. Quarto ꝓmisit sibi deus ꝙ an

plitudo eius esset in filio naturali egredien-te ab eo non explicando an esset de libera vł ancilla. Quinto iam habito filio de ancilla explicat sibi q̄ habiturus est filium de libe-ra: ⁊ hunc etiaʒ vt primū in magnam gentē̄ futurum: ideo a modo vult pactum circunci-sionis esse in carne sua ⁊ in omnibus poste-ris suis. Sexto reuelat sibi diuine trinitatis misterium ⁊ breue tempus habēdi prefatuʒ filium: non natura sed gratia. Septimo nar-rat sibi filium ancille non esse cum filio libe-re cōmiscendum: sed potius reijciendum: q2 in solo filio libere est promissio p̄fata adim-plēda. propter quod exegit deus ab abrahā vt offerat illum sibi in holocaustum vt sic a-braham plenius promereatur ⁊ certificetur in illo obtinere promissa. Ecce q̄ gradatim deus explicauit sibi promissionem seminis benedicti. de quo dicit apłus Gal. iij. Abra he dicte sunt p̄missiones ⁊ semini eius. Nō dicit ⁊ seminibus quasi in multis: sed quasi in vno ⁊ semini tuo qui est christus. Uisa autem supplicatione statim deus signauit eam ⁊ fecit munitam ⁊ cum abraham insta-ret apud deum patrem vt sibi reuelaret q̄d intenderet dicēs domine deus. vnde scire pos-sum q̄ possessurus sum terram hanc quam p̄misisti. Uenit angelus domini de celo ⁊ vo-cauit Abrahā dicens illud. Genes. xxij. ca. Per memetipsum iuraui dicit dñs: benedi-cam tibi ⁊ multiplicabo semen tuū sicut stel-las celi velut arenā que est in littore maris. Possidebit semē tuū portas inimicoꝝ suoꝝ ⁊ benedicent in semine tuo omēs gētes ter-re q2 obedisti voci mee. hec ibi. Eleuans aūt oculos suos abrahā cū occubuisset sol apparuit clibanus fumans ⁊ lāpas ignis transiēs per diuisiones illas. vt habet. Gene. xv. Per cli-banū fumantē intelligit vterus v̄ginis san-ctificatus spū sancto. Luce. ij. Spūssctūs su-perueniet in te ⁊ v̄tus altissimi obumbrabit tibi Per lāpadē intelligit xp̄s. Iuxta illud. Esa. lxij. Saluator eius vt lāpas accēdat. Propt hec oīa Abrahā gauisus est valde. vt dicit. Ioh. viij. Abrahā pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit ⁊ gauisus est. Ut autem demon cognouit exultasse quia sup-plicatio erat signata pro redemptione gene-ris humani ⁊ valde timens ne subito man-daretur executioni cogitauit intra se dicens illud. Eccī. xliiij. Abrahā magnus pater mul-titudinis gentiū ⁊ non est inuentus similis

illi in gloria. qui conseruauit legem excelsi. ⁊ fuit in testamento cū illo. In capite eius sta-re fecit testamentū: ⁊ in tēptatione inuētus est fidelis. ideo iureiurando dedit illi gloriā in gēte sua crescere illū quasi terre cumulū ⁊ vt stellas exaltare semen eius ⁊ hereditari il-los vsq3 ad mare ⁊ a flumine vsq3 ad terminos orbis terre. hec ibi. Sʒ conabor talē turpitu-dinē pcti in humanū gen⁹ seminare q̄ deus nunq3 dignabit̄ hanc naturā assumere: s. vi-ciū sodomie. ⁊ ex tūc tēptauit humanū gen⁹ de hoc vicio. Moies auteʒ sodomite pessimi erant ⁊ peccātores corā dño nimis. vt dr Gen. xiij. de q̄bus dicit Paulus. Roma. i. Femine eoꝝ īmutauerunt naturalē vsum in eū vsum q̄ est cōtra naturā. Similiter aūt ⁊ masculi in masculos turpitudinē operantes relicto natu-rali vsu femine exarserūt in desiderijs suis in inuicē ⁊ mercedē quā oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. hec ibi. Exemplū ha-bes. Gen. xix. de duob⁹ āgelis quos loth sus-cepit hospitio q̄bus vim faciebāt sodomite. p̄pterea dixit deus abrahe. Clamor sodomo-rum ⁊ gomorreoꝝ multiplicatus est ⁊ pctm̄ eoꝝ aggrauatū est nimis. Descendā ⁊ vide-bo vtrum clamorē opere cōpleuerint. Et cū non essent inuenti decem viri iusti dñs pluit super sodomam ⁊ gomorrā sulphur ⁊ ignē de celo: ⁊ subuertit ciuitates has ⁊ omēʒ cir-ca regionem ⁊ vniuersos habitatores vrbiū ⁊ cuncta terre virentia. Et vxor loth respici-ens post se versa est in statuam salis. ideo Augustinus. xvi. de ciuitate dei. capi. xxx. di-cit sic. Post hanc promissionem liberato de sodomis loth ⁊ veniente igneo ymbre de ce-lo tota illa regio impie ciuitatis in cinerem versa est: vbi stupra in masculos in tantā cō-suetudinē conualuerāt: quanta solent leges alioꝝ factoꝝ prebere licentiā. hec ille. Et ne genus humanū crederet deū patrē fuisse mē-titum abrahe de missione filij sui in carnē di-cit Aug. lib. xvi de ciuitate dei. ca. xxxvi. Ac-cepit etiā ysaac tale oraculū quale aliquoti-ens pr̄ ei⁹ acceperat. de quo oraculo sic scriptū est. Facta est aūt fames sup terrā p̄ter famē q̄ prius facta est tpe abrahe. Abijt aūt ysaac ad abimelech regē philistinoꝝ i geraris. Ap-paruit autem illi dominus ⁊ dixit. Noli descē-dere in egyptum: habita autem in terra quā tibi dixero ⁊ incole terram hanc ⁊ ego ero tecum ⁊ benedicam te. Tibi enim ⁊ semini tuo dabo omnem terram hanc; ⁊ statuam

testamentuz meum q̄d iuraui abrahe patri tuo: et multiplicabo semen tuuz sicut stellas celi et dabo semini tuo oēs terrā hāc: et benedicentur in semine tuo omēs gentes terre. Pro eo q obaudiuit abraham pater tuus vocem meaz: et custodiuit precepta mea: et mādata mea: et iustificatiōes meas: et legitima mea. hec ille. Sed dum esset annoꝝ quadraginta ysaac duxit vxorez Rebeccam. vt autez eam duceret quādo ab eius patre in mesopothamiā missus est seruꝰ eius q̄d aliud demonstratur cum eidem seruo dicit abraham. Pone manū tuam sub femore meo et adiurabo te per dominū deum celi et dominū terre vt non sumas vxorem filio meo ysaac de filiabus chananeoꝝ: nisi dñm deum celi et dñz terre in carne que ex illo femore trahebatur fuisse venturum. hec August. eodē libro cap. xxxvij. Duo ergo ysaac filij esau et iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem eo q precio lenticule vendiderit primogenita sua. Genes. xxv. Cum autē venisset ysaac ad benedictionem filioꝝ suoꝝ benedixit minorem pro fratre maiore. Genes. xxvij. Et August. xvi. de ciuitate dei. ca. xxxvij. dicit. Ipsa aūt benedictio qualis est. Ecce inquit odor filij mei sicut odor agri pleni quez benedixit dominꝰ. Et det tibi dominꝰ de rore celi: et de pinguedine terre vbertatem et multitudinem frumenti et vini et olei et seruiant tibi gentes: et adorent te principes: et fias dominꝰ fratris tui. Qui maledixerit te erit maledictus: et q̄ benedixerit te benedictionibus repleat. Benedictio ergo Jacob predicatio christi est. In omnibus gentibus: hoc fit: hoc agit. lex et prophetia est in ysaac. Etiam per os iudeorum christus ab illa benedicitur velut a nesciente: quia in ea ab eis ipse nescitur. Odore nominis christi sicut ager mundus impletur. Eius est benedictio de rore celi. id est de verboꝝ pluuia diuinoꝝ: et de vbertate terre. id est de congregatione populoꝝ eiꝰ est et multitudo frumenti et vini. id est multitudo quā colligit frumentum et vinum in sacramento corporis et sanguinis eius. Et seruiunt gentes et ipsum adorant principes: ipse est dominus fratris sui: quia populus eius scilicet christianus dñatur iudeis. Ipsum adorant filij patris eius: hoc est filij abrahe sm̄ fidez quia et ipse filius est abrahe sm̄ carnem. Ipsum qui maledixerit maledictus est. et qui benedixerit benedictus est. Christus inq̄ nōster etiam ex ore iudeorum q̄uis errantiuz sed tamen legem prophetasq̄ cantantium benedicit. id est veraciter dicitur et alius benedici putatur qui ab eis errantibus expectatur. hec ille. Tunc demon videns quoniam nihil profecerat: sed potius deus benedixerat generi humano in figura iacob. concitauit animū esau contra iacob fratrem suū vt eum occideret: et sic deperiret huiusmodi benedictio. ideo dicitur Genes. xxvij. Oderat enim semper esau iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater. Dixitq̄ in corde suo. Ueniant dies luctus patris mei et occidam iacob fratrem meum. Nunciata sunt hec Rebecce que mittens et vocans filium suum Jacob dicit ad eum. Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Nunc ergo fili audi vocem meam et consurgens fuge ad laban fratrem meum in aram: habitabisq̄ cum eo dies paucos donec quiescat furor fratris et cesset indignatio eius: obliuiscaturq̄ eorum que fecisti in eum. hec ibi. Et vt dicit beatus Augustinus libro decimosexto de ciuitate dei capl'o. xxxviij. Pergens itaq̄ Jacob in mesopothamiaz in somnis accepit oraculuz de quo sic scriptum est. Et exiuit iacob a puteo iurationis et profectus est in charram et inde venit in locum et dormiuit ibi occiderat enim sol illo: et somniauit et ecce scala stabilita super terram cuius caput pertingebat in celum et angeli dei ascendebant et descendebant per illam et dominus incumbebat super illam et dixit Ego sum deus abraham patris tui: et deus ysaac noli timere. Terram in qua tu dormis super eam tibi dabo illam et semini tuo: et erit semen tuum sicut arena terre et dilatabitur supra mare et in affricum et in aquilonem: et ad orientem: et benedicent in te oēs tribꝰ terre et in semine tuo. Et ecce ego sum tecum custodiens te in omni via quacunq̄ ibis et reducaz te in terram hanc quia non te derelinquam donec faciam omnia que locutus sum tecuz Et surrexit Jacob de sōno suo: et dixit Quia est dominus in loco hoc et ego nesciebam: et timuit et dixit. q̄ terribilis locus hic non est hic nisi domus dei et hec porta est celi Et surrexit iacob et sumpsit lapidem quem supposuit capiti suo et statuit illum in titulum: et superfudit oleum in cacumen eius: et vocauit nomen loci illius domus dei. Uoca ad p̄phe

tiam pertinet. nec more ydolatrie lapidem p
fudit oleo Jacob velut faciens illum deum.
Necq enim adorauit eundem lapidem vel ei
sacrificauit. sed qm xpi nomen a crismate ē
.i. ab vnctione. pfecto figuratum est hic aliqd
quod ad magnum pertineat sacramentum.
Scalam vero istam intelligit ipse saluator
optime in memoriam reuocare in euāgelio
vbi cū dixisset de natanaele. Ecce vere israeli
ta in quo dolus non est quia israel viderat
istam visionem ipe est enim iacob. Eodem
loco ait. Amen amen dico vobis. videbitis
celum apertum et angelos dei ascendentes
et descendentes super filium hominis: h ille
Cum autem iacob moriturus in egypto be
nediceret filios suos quia de tribu iuda oriū
dus erat xps sm carnem: quēadmodū iudā
pphetice benedixerit habetur Geñ. xlix. Nō
auferetur sceptrum de iuda: et dux de femore
eius: donec veniat qui mittendus est: et ipe
erit expectatio gentium. Tunc cognouit dya
bolus quoniam prefigebat certum tempus
antequam filius dei carnem assumeret. concita
uit filios Jacob ad grauissimum peccatum
committendum. Et vt dicit sanct9 Thomas
ij.ij.q.cliij. arti.xij. ad quartum dicendum.
induxit eos vt coirent cum pecoribus et iu
mentis. Ideo dr Geñ.xxxvij. Accusauitq
Joseph fratres suos apud patrem suum cri
mine pessimo ppter quod oderant eum: nec
poterāt ei quicq pacifice loqui sed vēdiderūt
eum ismaelitis qui duxerunt eū in egyptum
Et vt dicit Lactantius diuinarū institutio
num.lib.iiij.ca.x. Maiores nostri qui erant
principes hebreorum cum sterilitate atq in
opia laborarent transierunt in egyptum rei
frumentarie gratia. ibiq diutius commorā
tes intolerabili seruitutis iugo pmebantur
Tum misertus eorum deus eduxit eos ac libe
rauit de manu regis egyptiorum: post ānos
quadringētos et triginta duce moyse p quē
postea lex illis a deo data est. In qua educti
one ostendit suam virtutem deus. Traiecit
enim populum in medio mari rubro prece
dente angelo et scindente aquas: vt populus
per siccū gradi posset. quem vt ait poeta. Cur
uata in montis faciē circūsteterit vnda. Qua
re audita tyrannus egyptiorum cū magna
suorum manu insecutus ē et mare adhuc pa
tens temere ingressus cocūtibus aquis cum
omni exercitu deletus est. Hebrei vero in
gressi in solitudinē multa mirabilia viderūt
hec ille. Tunc moyses orauit ad deum pa
trem vt supplicationem iam signatam ad
vocem precedentium patrum sibi mandaret
dicens. Dominator dñe misericors et clemēs
patiens ac multum misericors et verax qui
custodis misericordiam in milia: qui aufers
iniquitatem et scelera atq peccata. nullusq
apud te per se innocens est: qui reddis iniq
tatem patrum filijs ac nepotibus in tertiam
et quartam generationem. Exo.xxxiiij. Re
cordare Abraham. Ysaac et Jacob quib9 iu
rasti per temetipm dicens. Multiplicabo se
men vestrum sicut stellas celi: et vniuersam
terram hanc de qua locutus sum dabo semi
ni vestro et possidebitis eam semper. ibidem
xxxij. Obsecro domine mitte quē missurus
es. ibidem. iiij. Hec est oratio moysi. Et cum
esset moyses in monte dei oreb apparuit ei
dominus in flamma ignis de medio rubi et
videbat q rubus arderet et non combureba
tur. Exo.iij. Super quo dicit Augustinus in
sermone. O magne admirationis gratia. O
ineffabilis suauitas. O ineffabile magnūq
sacramentum. ipa eadem virgo ipa et mater
domini: ipa dei genitrix: ipa ei9 ancilla: plas
matio eius ipa quē genuit. Quis ista vnquam
audiuit? quis vidit talia? quis hec excogita
re potuit: vt mater virgo esset: intacta gene
raret: que virgo permansit. sicut rubus com
buri videbatur et ab igne non cremabat. ita
virgo sancta genuit deum. sed intacta pmā
sit. Mater effecta est: sed virginitatem non
amisit. mater filij facta est: et castitatis sigillū
non perdidit: hec ille. Et statim moyses lo
cutus ad populum israel: dixit. Dominus
de syna venit: et de seir ortus est nobis. Ap
paruit de monte pharan: et cum eo sanctorum
milia. In dextera eius ignea lex dilexit po
pulos. Omnes sancti in manu illi9 sunt et q
appropinquant pedibus eius accipient de
doctrina illius. De benedictione domini ter
ra eius plena est. de pomis celi et rore atq a
bysso subiacente. de pomis fructuum solis ac
lune: de vertice antiquorum montium: de po
mis collium eternorum: et de frugibus terre
et de plenitudine eius. Benedictio illius qui
apparuit in rubro veniat super caput ioseph
et super verticem nazarei inter fratres suos
Quasi primogeniti thauri pulcritudo eius.
Deutero.xxxiij. Prophetam de gente tua et
de fratribus tuis suscitabit tibi dominus de
us: ipsum audies. Omnis anima que non

audierit pphetam illum exterminabitur de
populo suo. ibidem. xviij. Et vt dicit lactan-
tius vbi supra. Cum dyabolus cognouisset
grandia beneficia que deus illi populo côtu
lerat temptauit eos: vt sic mysterium incar-
nationis impediret. vnde dicit sic. Cum siti
paterent ictu virge rupe percussa pfluit fôs
aque populumq3 recreauit. Quo rursus esu-
riente celestis alimenti pluuia descêdit. qui
et coturnices in castra eorum induxit vt nô
modo pane celesti: sed etiam instructoribus
epulis satiarent. Pro hijs tamen diuinis
beneficijs honorem deo non reddiderunt:
sed depulsa iam seruitute iam siti fameq3 de
posita: in luxuriam prolapsi ad prophanos
egyptiorum ritus animos transtulerunt: hec
ille. ideo dr Numeri. xx. Dixitq3 dominus ad
moysen et aaron. Quia non credidistis mi-
hi vt sanctificaretis me coram filijs isrl: nô
introducetis hos populos in terram quam
dabo eis. Super quo dicit Augustinus libro
xvi. contra faustû. Arguitur moyses voce di
uina q eius fides ad aquaz de petra haurië
dam aliquâtulum titubauerat: quod ei cum
peccato petri potest esse cômune qui in me-
dijs fluctibus similis fidei defectu titubaue
rit. et libro secûdo de penitêtia dicit sic. Volu
it deus vt non per moysen sed per iesuz. i. nô
per legem sed per gratiam populus terram p
missionis intraret vt xpm figuraret et celestê
patriaz. Tunc precepto domini de singulis
tribubus allate sunt virge in tabernaculum
testimonij. Virga autem aaron die altera p
duxit flores et frondes: et peperit nuces seu
amigdalas: vt habetur Numeri. xvij. Super
quo dicit augustinus in tractatu de virgini-
tate. Virga aaron protulit quod ante non ha
buit. Naz nô radicata plantatione: nec de fossa
sarculo: nec animata succo: nec fecundata se-
minatione: cuz illi deessent vniuersa iura natu-
re: protulit virga quod nec semine suggeri po
tuit nec radice. Virga ergo potuit contra na
turam nuces educere: sic et virgo maria potuit
contra naturam eius dei filiuz generare. D.
cat mihi iudeus incredulus quêadmoduz arida
virga frondu͡it floruit et nuces protulit et ego
dicam illi quêadmodum maria dei filiû con
cepit et peperit. sed pfecto nec ille virge côce-
ptum poterit explicare: nec ego virginis par
tum. virge nitorem floris non lesit emissio:
nec virginis pudorem sacri corporis eductio.
hec ille. Dyabolus autem intelligens pfun-
ditatem mysterij incarnationis xpi concita
uit aaron et mariam sororem eius contra moysen
dicentes illud Numeri xij. Num per solum
moysen locutus est dominus. Nonne et no-
bis similiter est locutus? Quod cû audisset
dñs iratus est valde contra eos. Erat enî moy-
ses vir mitissimus sup oês hoîes q mora-
bant in terra. Statimq3 locutus est dñs ad
eû: et ad aaron et ad mariâ. Egredimini vos
tm tres ad tabernacluz federis. Cûq3 fuissent
egressi descêdit dñs in colûna nubis et stetit
i introitu tabernaculi vocâs aarô et mariâ. Qui
cû issent: dixit ad eos. Audite sermões meos
Siqs fuerit inter vos ppha dñi i visiône appa
bo ei vel p sônû loqr ad illû. At nô talis seruus
meus moyses. Ore enî ad os loqr ei 7c. Ira-
tusq3 dñs abijt et ecce maria apparuit candês
lepra quasi nix: sed ad orône moysi curata est: hec
ibi. Et vt dicit Augustinus libro. xvij. de ci-
uitate dei. c. ij. diximus ab initio ad abrahâ
pmissionum dei duas res fuisse promissas.
vnam scz q terram chanaam possessurum
foret semê eius quod significat: vbi dictum
est. Vade in terram quam tibi demôstrabo
et faciam te in gentem magnam. Aliam
vero longe prestantiorem non de carnali sed
de spûali semine: per quod pater est nô vni-
us tm gentis israelitice: sed omniû gentiuz que
fidei eius vestigia sequûtur: quod promitti
cepit his verbis: et benedicentur in te omnes
tribus terre. Et deinceps alijs multis admo
dum testimonijs. hec duo promissa esse mô
strantur. Erat ergo iam in terra pmissionis
semen abrahe. i. populus israel sm carnem
atq3 ibi non solum tenendo ac possidendo
ciuitates aduersariorum. verûetiam reges
habendo regnare iam ceperant. impletis de
ipso populo pmissionibus dei. magna iam ex
parte non solum que tribus illis patribus
Abraham Ysaac et Jacob. et alie quecunq3
dictis vel signis aut figuris temporibus eorû
facte sunt. verûetiam que per ipm moysen
per quem populus idem de seruitute egyptia
ca liberatus: et per quem cuncta preterita re-
uelata sunt temporibus eius cum populum
per heremû duceret: facta fuerant. Neq3 aût
per insignem ducem iesum naue: per quem
populus ille in pmissionis reductus est ter-
ram: qui expugnatis gentibus eam duode
cim tribubus quibus deus iusserat diuisit.
impleta fuerat pmissio dei de terra chanaâ:
nec tamen adhuc pphetabatur futurus sed

expectabatur implendum hec ille. Huic maximo duci reuelatum est mysterium incarnationis filij dei. Unde dicitur Josue. x. Dixitque Josue. Sol contra gabaon ne mouearis et luna contra vallem haylon. Steteruntque sol et luna donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Stetit itaque sol in medio celi et non festinauit occumbere super terram spatio vnius diei: hec ibi. Hoc erat signum quod filius dei debebat stare hodie in medio celi .i. medio vteri virginalis et in gremio et presepio et quiescere ab omni contagio. iuxta illud prime Petri. ij. Qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius. ideo dicitur Ecclesiastici. xlvi. Nam hostes ipse dominus percussit: aut non iracundia eius impeditus est sol et vnus dies factus est quasi duo. Inuocauit altissimum potentem in oppugnando inimicos vndique: et audiuit illum magnus et sanctus deus: hec ibi. ¶ Ut autem cognouit dyabolus quod filij israel intrauerant terram promissionis cogitauit contra eos prouocare iram dei sicut dicitur Judicum secundo. Surrexerunt qui non nouerant dominum et opera que fecerat cum israel. Feceruntque filij israel malum in conspectu domini et seruierunt Baalim ac dimiserunt dominum deum patrum suorum qui eduxit eos de terra egypti et secuti sunt deos alienos: deosque populorum qui habitabant in circuitu eorum: et adorauerunt eos et ad iracundiam concitauerunt dominum dimittentes eum. et seruientes baal et astaroth. Iratusque est dominus contra israel et tradidit eos in manus diripientium qui ceperunt eos et vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis: sed quocunque pergere voluissent manus domini erat super eos sicut locutus est et iurauit eis et vehementer afflicti sunt: hec ibi. ¶ Suscitauit autem dominus iudices qui liberarent eos de manibus vastantium qui suscitauit eis saluatorem et liberauit eos ibidem tertio. Et apparuit angelus domini Gedeoni et ait. Dominus tecum fortissime virorum. Dixitque ei Gedeon. Obsecro mi domine: si dominus nobiscum est cur ergo apprehenderunt nos hec omnia? Ubi sunt mirabilia eius que narrauerunt patres nostri atque dixerunt. de egypto eduxit nos dominus. Nunc autem dereliquit nos et tradidit in manibus Madian. Respexitque ad eum dominus et ait. Uade in hac fortitudine tua et liberabis israel de manu Madian. Scito quod miserim te. Et cum requisiuisset signum dixit ad dominum et ait. Si saluum facies per manum meam israel sicut locutus es ponam hic vellus lane in area. Si ros in solo vellere fuerit et in omni terra siccitas: sciam quod per manum meam liberabis israel. Factumque est ita. Et de nocte consurgens et expresso vellere concham rore compleuit. Dixitque rursum ad dominum. Oro vt solum vellus siccum sit: et omnis terra rore madens. Fecitque dominus nocte illa vt postulauerat et fuit siccitas in solo vellere et ros in omni terra: vt habetur Judicum sexto. Super quo dicit Petrus rauennas. Uellus inquit cum sit de corpore nescit corporis passiones. Sic virginitas cum sit in carne. vitia tamen carnis ignorat. Celestis ergo ymber dei scilicet filius in virgineum vellus: placido descendit illapsu et tota deitatis vnda bibulose nostre carnis descendebat in vellere: donec eximio partu emissus in terris omnibus pluuiam salutis effunderet: hec ille. ideo cantat ecclesia. Quando natus es ineffabiliter de virgine tunc implete sunt scripture sicut pluuia in vellus descendisti vt saluum faceres genus humanum: te laudamus deus noster. ¶ Cognoscens autem dyabolus sacramentum incarnationis filij dei ex victoria quam habuit Gedeon contra Madianitas temptauit populum israel vt faceret malum coram domino. Unde vt habetur Judicum octauo. Dixit Gedeon ad eos. Unam petitionem postulo a vobis. Date mihi inaures ex preda vestra. Inaures enim aureas tunc Ismaelite habere consueuerant. Qui responderunt libentissime dabimus. Expandentesque super terram pallium proiecerunt in eo inaures de preda. Fecitque ex eis Gedeon ephot et posuit illud in ciuitate sua effra. Fornicatusque est omnis israel in eo: et factum est Gedeoni et omni domui eius in ruinam hec ibi. ¶ Tandem apparuit angelus domini Manue et vxori eius et dixit ad eam. Sterilis es et absque liberis. sed concipies et paries filium et erit nazareus dei ab infantia sua. ipse incipiet liberare israel de manu philistinorum. vt habetur Judicum. xiij. Et iste erat figura sacramenti incarnationis filij dei prout Augustinus tractans illud Matthei quoniam Nazareus vocabitur: dixit sic. Dictus est nazareus et Sanson vir potens

in spū et v̄tute roboris. Sed in typo. cui⁹ ge sta si cōsideremus in eo quoqꝫ exempla domini prefigurata cognoscimus. Ille septem crines habuit: huic septiformis spūs ꝛ septē ecclesie sunt. Illi omnis virtus fuit. huic oīs virtus in deo est: quia caput xp̄i deus est vt apostolus manifestat. In illo v̄tus obscura. in hoc celata diuinitas. Sanson iter faciens leonē manibus enecauit: dominus ac saluator noster per suscepti corporis sacramētum leonem. scꝫ dyabolum extensis in cruce manibus interemit. sanson de ore leonis fauum mellis abstraxit: dominus de faucibus dyaboli. plebem suam que sibi facta est fide dulcis per fideꝫ eripuit. Sanson populū isrl̄ debellatis hostibus saluauit. dominus extrinsecis demonibus populum suum de morte perpetua liberauit. Sāson obseratꝭ portꝭ clauditᷣ in ciuitate: dominus obserato ꝛ obsignato claudit̄ monumento. Sanson fractis seris subtractisqꝫ portis securus euadit: dominus ruptis iferni obicibus apertoqꝫ sepulcro recepto corpore a morte liber egredit̄. Postremo sanson moriens inimicos suos cōcussis edificijs ruina comprimit. dominus tūc cū mori dignatus est non vna domo sed omni mūdo concusso dyabolum cuꝫ suis angelis vniuersis extinxit: hec ille. Ideo lactantius vbi supra dicit sic. Veruꝫ iudicibus regimē eorum tenentibus prauas religiones sepe susceperāt atqꝫ offensus ab his deus totiēs alienigenis subiugabat: donec rursus penitētia populi mitigat⁹ liberaret eos a seruitute hec ille. Sicut autem dicit beatus augustin⁹ xvij. de ciuitate dei. c. iiij. Hely sacerdote reprobato substitutus in dei ministerium Samuel simul officio functus sacerdotis ꝛ iudicis magnam mutationem rerum futuraruꝫ prenūciat. ꝛ. v. c. dicit sic. Sed hec euidētius ad ipm̄ hely sacerdotē missus loquit̄ homo dei. Sic em̄ scriptum est. Et venit homo dei ad hely: ꝛ dixit. Hec dicit dominus. Reuelans reuelatus sum ad domuꝫ patris tui cū essent in terra egypti serui in domo pharaonis ꝛ elegi domum patris tui ex omnib⁹ sceptris domus israel mihi sacerdotio fungi vt ascenderent ad altare meum: vt incenderēt incensuꝫ: vt portarēt ephot ꝛ dedi domui patris tui omnia que sunt ignis filiorum israel in escam. Et vt qd respexisti in incensum meum ꝛ in sacrificium meum impudēti oculo: et glorificasti filios tuos super me bn̄dicere primitias nominis sacrificij in israel in conspectu meo ꝛ Propter hoc e dicit domin⁹ isrl̄ dixi. Domus tua ꝛ domus patris tui transibunt coram me in eternum ꝛ nūc dicit dn̄s. Nequaq̄. sed glorificantes me glorificabo: et qui spernit me spernet̄. Ecce dies veniunt et exterminabo nomen tuū ꝛ semen domus patris tui: et nō erit tibi senior in domo mea omnibus diebus: et viruꝫ exterminabo tibi ab altari meo vt deficiant oculi eius: ꝛ defluat anima eius: ꝛ omnis qui supfuerit dom⁹ tue decidet in gladio virorum. Et hoc tibi signū qd̄ veniet super duos filios tuos ophni et phinees: vna die morient̄ ambo ꝛ suscitabo mihi sacerdotem fidelem qui omnia q̄ in corde meo ꝛ que in anima mea sunt faciat ꝛ edificabo ei domum fideleꝫ: ꝛ transibit coram xp̄o meo omnibus diebus: ꝛ erit q̄ supauerit in domo tua veniet adorare ei obolo argenti: dicens. Iacta me in vnam partem sacerdotij tui manducare panem tuū: h̄ ille. Ista pphetia non intelligit̄ de Samuele qꝛ non erat de tribu aaron. cuius pgenies fuit deputata vt ex ea fierēt sacerdotes. sed intelligitur de xp̄o cuius tempore nullum tabernaculum: nullum templum: nullum altare: nullum sacrificium: nullus sacerdos remansit iudeis. vnde vidimus esse impletuꝫ vt de stirpe aaron non sint vlterius sacerdotes: sꝫ cum vident sacrificium xp̄ianorū toto orbe pollere: ꝛ illum magnum honorem esse subtractum ab eis. deficiunt oculi eorum et defluit anima eorum tabe meroris. Et mors filiorum hely significauit defectionem sacerdotij a filijs aaron. Per sacerdotem fideleꝫ intelligo xp̄m de quo dicit̄. Tu es sacerdos in eternum sm̄ ordinem melchisedech. Cui deus pater edificauit domū fidelē. i. populū in xp̄o credentem. Cum autem dicit̄ ꝛ trāsibit coram christo meo de illa domo aaron intelligit̄ non de illo sacerdote qui est christus iesus mediator atqꝫ saluator. Et quod seq̄t̄ Et erit qui supauerit in domo tua veniet adorare ei obolo argenti. intelligitur de iudeis credentibus in christo sicut temporibus apostolorum multi crediderūt. De quibus apostolus ait. Et in hoc tempore reliquie per electionem gratie salue facte sunt. Obolus argenti est breuitas v̄bi fidei. de quo dicit apostolus. Roma. ix. Verbum breuiatum ꝛ cōsummatum faciet dominus super terram. et ps̄a. Eloquia domini eloquia casta: argentū

igne examinatum. Per illum panem intelligitur illud sacrificium xpianorum de quo dicit xpus Joh. vi. Panis quem ego dedero caro mea est pro mundi vita. Omnes enim xpiani sunt sacerdotes xpi Petr. pme scdi Vos estis genus electum regale sacerdotiũ Et Apoc. v. c. Fecisti nos deo nostro regnũ et sacerdotes. Ecce quomodo mutatio sacerdotij hely et mors filiorum eius figurabat sacerdotium iudeorum esse terminandum: per aduentum iesu christi sacerdotis magni. Erat autem samuel iudex super israel post mortẽ hely sacerdotis. Tunc dyabolus subuertit corda filiorum samuelis qui iudicauerũt pplm iudaicum post mortem patris eorũ: nec ambulauerunt in vijs samuelis. sed ambulauerunt post auaritiam: acceperuntque munera et peruerterunt iudicium: vt habet pmi Reg. viij. Sed malicia demonis non preualuit immutare voluntatem dei patris circa incarnationem filij sui Unde Booz suscepit Ruth in vxorẽ et dixit ei. Dormi vsque mane. Ruth iij. Booz interpretatur robur vel in quo est virtus per quem intelligitur filius dei. Paulus. i. Corinth. i. Christum dei virtutem et dei sapientiam. Ruth interpretatur deficiens per quam intelligitur natura humana que erat deficiens ante aduentum filij dei in carnem Booz itaque suscepit Ruth: cũ filius dei suscepit naturam humanam. Nam ad litam xps est natus ex ruth. quia vt dr Ruth vltimo. Booz ex Ruth genuit obeth q genuit ysai patrem dauid a quo descẽdit xpus. Et sicut Booz suscepit Ruth in vxorem: sic filius dei suscepit naturam humanam in vxorem per quãdã similitudinem. De viro enĩ et vxore dr Gen. ij. Et erũt duo i carne vna. Sic in ista sacratissima incarnatione natura diuina et natura humana fuerunt in carne vna christi Unde Augustinus in sermone de nuptijs dicit. Uerbum est sponsus: et sponsa caro humana: et vtrunque vnus filius dei. idẽque filius hominis. habet enĩ sponsam quam redemit sanguine suo et cui pignus dedit spm sanctũ: quam sibi coniunxerat in vtero virginis. ps. Tanque sponsus procedens de thalamo suo. sic dicit. Dormi vsque mane: quia homo añ aduentum xpi dormiebat in statu cecitatis et ignorantie. sed per istam benedictam incarnationem deuenit ad statum claritatis et intelligẽtie. de quo mane, dicit ps. Mane astabo tibi et videbo qm non deus volens iniquitatem tu es. Immisit autẽ dyabolus cogitationem superbie in mentibus iudeorum qui dixerunt Samueli. Constitue nobis regem vt iudicet nos: sicut et vniuerse habent nationes. Displicuitque sermo in oculis samuelis: et cum orasset ad dñm dixit dominus ad samuelem. Non te abiecerũt sed me: ne regnẽ super eos. Sed audi vocem populi in oibus que loquuntur tibi. i. Reg. viij. Et creauit saulem in regem super israel. put dr. i. Regũ. x. Et dicit samuel ad saulem: me misit dñs vt vngerem te in regem super populum eius israel. Et vt dicit ibidẽ. xij. ca. Locutus est samuel ad populum dicens. State nunc et videte rẽ istam grandem quam facturus est dominus in conspectu vestro. Nunquid nõ messis tritici est hodie. inuocabo dñm et dabit voces et pluuias et scietis: quia hodie dominus fecit salutẽ i israel. ibidẽ. xij. c. D Per messem tritici signatur natiuitas saluatoris propter plenitudinem gaudij que in messe consueuit esse. Licet enĩ multi sint actus quibus homines gaudent: vt sunt nuptie vindemie etc. nullus tamen est tanti gaudij nec tam generalis leticie sicut messis. ps. Uenient. i. tẽpore messis cum exultatione portantes manipulos suos. Sic natiuitas saluatoris iter omnes festiuitates quas solennizat eccl̃ia est gaudij cõioris: quia in ea omnes creature ostendunt singularem leticiã. Celum qdẽ in vgine ostẽsa cum puero in lucido circulo solis. Aer quoque quia tunc summã claritatem habuit. Aqua vero cuius fons rome in oleũ fuit cõuersus. Terra pter ordinem nature i vineis engaddi floruit. Animalia vero bruta locuta sunt i boue et asino. Esa. i. Cognouit bos possessorem suũ et asinus psepe dñi sui. Homines etiam gauisi sunt. Luce. ij. Annũtio vobis gaudiũ magnum quia natus ẽ vobis hodie saluator. Angeli vero cantauerunt. Gloria in altissimis deo etc. ideo cãtat eccl̃ia dicens. Letabũdus exultet fidelis chorus etc. Gaudeamus ergo et nos in hac plenitudine messis. in qua horrea. i. sancti q horreis merito comparantur repote facti a deo ad hoc vt repleantur fructu diuine cognitionis et gratie. hodie leticia et gaudio impleta sunt. put dr Prouerb. iij. Implebuntur horrea tua saturitate. ideo dicit Greg. in smone. Thesaurus grãrum et mie apertus est. fontes exuberãt pietas Hodie ad nos missus est filius dei cũ plenitudine gratiarũ: currite currite: implete sinus

et Esa.ix. Letabunt coram te sicut qui letã-tur in messe. et assignat causam dicẽs. Paruulus datus est nobis ⁊ filius natus est nobis. Dyabolus autem hoc cognoscens immisit in cor saul ut nõ obediret voci domini vnde Augustinus libro.xvij. de ciuitate dei ca. vij. dicit sic. Rursus peccauit Saul per inobedientiam. ⁊ rursus samuel ait illi in verbo domini. Quia spreuisti verbum domini spreuit te dominus ut non sis rex super isrl. Et rursus pro eodem peccato. Cum id confiteretur saul et veniã precaretur. Rogaretqȝ samuelem ut reuerteret cum illo ad placandum deum. Non reuertar inquit tecum quia spreuisti verbum domini: spreuit te dominus ut non sis rex super israel: ⁊ conuertit faciẽ suam samuel ut abiret: ⁊ tenuit saul pẽnulã diploidis eius: ⁊ dirupit eam: ⁊ dixit ad eũ samuel. Dirupit dominus regnum ab israel de manu tua hodie: ⁊ dabit proximo tuo bono super te: ⁊ diuidet israel in duo ⁊ non conuertetur neqȝ penitebit eum quoniã non ẽ sicut homo ut peniteat eum: hec ille. Nullus enim de stirpe saulis erat regnaturus sed solũ illi de stirpe dauid vnde exortus est ſm carnem mediator dei et hominũ homo xp̃us iesus. Ergo saul gerebat personam populi israel in figura qui erat amissurus regnum: xp̃o iesu domino nostro per nouum testamentũ non carnaliter sed spũaliter regnaturo. De quo cum dr̃. Et dabit illud proximo tuo refert ad carnis cognationem. Nam xp̃us ex israel ſm carnem fuit sicut ⁊ saul. Cum vero dicit. Et israel diuidet in duo. intelligit scilȝ in israel inimicũ christo ⁊ israel adherentem christo Et ut dicit beatus Augustinus libro.xvi. de ciuitate dei.c.vltimo. Reprobato saul ⁊ bellica clade prostrato eiusqȝ stirpe reiecta ne inde reges orirẽtur: dauid successit in regnũ Cuius maxime christus dictus est filius: h̃ ille: De quo dixit deus pater filio. ps̃. lxxxviij. Iuraui dauid seruo meo vsqȝ in eternum preparabo semen tuum ⁊ edificabo in generatione et generationem sedem tuã. Ideo dicit lactantius libro.iiij diuinarum institutionum.xiij.c. Item in basileon libro secũdo Propheta nathan missus est ad dauid volentem deo templum edificare: ⁊ fuit verbum domini ad nathan dicens. Uade ⁊ dic seruo meo dauid: hec dicit dominus omnipotens: non tu edificabis mihi domum ad inhabitandum: sed cum completi fuerint dies tui ⁊ dormieris cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te ⁊ parabo regnum eius: hic edificabit mihi domum in nomine meo: ⁊ erigam thronum eius vsqȝ in seculum ⁊ ego ero ei in patrem ⁊ ip̃e mihi in filium ⁊ fidem consequet domus eius vsqȝ in seculum. Sed hec ut iudei non intelligerent illa fuit causa q̃ Salomon filius dauid tẽplũ deo edificauit: ⁊ ciuitatem quam de suo nomine hierosolymã nũcupauit. Itaqȝ ad ip̃m q̃ a propheta dicta sunt retulerunt. Salomon autem ab ip̃o patre suo imperij reginẽ accepit. Prophete vero de eo loquebantur qui tunc nasceret postq̃ dauid cum patribus suis requieuisset. Preterea salomonis imperium perpetuũ non fuit. Annis enĩ quadraginta regnauit. deinde q̃ nunq̃ filius dei dictus sit sed filius dauid: ⁊ domus quã edificauit non est fidem consecuta sicut ecclesia: que est verum templum dei quod non in parietibus sed in corde ac fide hominũ qui credunt in eum ac vocant fideles: constitutũ ẽ Illud vero salomoniũ templũ. quia manu factum est manu cecidit. Deniqȝ pater eius in ps̃. cxxvij. de operibus filij sui prophetauit dicens. Si dominus nõ edificauerit domũ sine causa laborãt hij qui edificant eam. Si dominus n̄ custodierit ciuitatem sine causa vigilant qui custodiunt illam: hec ille. Et augustinus libro.xvij. de ciuitate dei.c.viij. dic̃ sic. Cum regi dauid multa prospera prouenissẽt cogitauit deo facere domum templum scilicet illud excellentissime diffamatum qd̃ a rege Salomone filio eius postea fabricatum est. Hoc eo cogitante factum est verbum domini ad Nathan prophetam quod perferret ad regẽ vbi cum dixisset deus q̃ non ab ipso dauid sibi edificaret domus: neqȝ per tm̃ tempus se mãdasse cuiq̃ in populo suo ut sibi fieret domus cedrina. Et nunc inquit. hec dices seruo meo dauid hec dicit dñs omnipotens Accepi te de ouili ouium ut esses in ducem super populum meum israel: ⁊ eram tecum in omnibus quibus igrediebaris: ⁊ exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua ⁊ feci te nominatum ſm nomen magnorum qui sunt super terram: ⁊ ponam locũ populo meo israel: ⁊ plantabo illum ⁊ habitabit seorsum et non sollicitus erit vltra: ⁊ non apponet filius iniquitatis humiliare eum. sicut ab initio a diebus quibus constitui iudices super populum meum israel; ⁊ requiem dabo tibi

ab iuniciis tuis. et nũciauit tibi dñs quoniã edificabis domum ipsi. Et erit cum impleti fuerint dies tui: dormies cũ patribus tuis et suscitabo semen tuum post te: qui erit de ventre tuo et pparabo regnum eius hic edificabit mihi domum nomini meo: et dirigam thronum eius vsqz in eternũ. et ego ero illi in patrem et ille erit mihi in filium. Et si venerit iniquitas illius redarguam eum in virga virorum et in tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non amouebo ab eo sicut amoui a quibus amoui faciem meã et fidelis erit domus eius et regnũ ei9 vsqz in eternum corã me: et thronus eius erit erectus vsqz in eternum. Hanc tam grandem pmissionem qui putat in Salomone fuisse impletam multum errat. Attendit enĩ quod dictum est hic hereditabit mihi domum. quĩ Salomon templum illud nobile struxit et nõ attendit: fidelis domus eius erit et regnum eius erit vsqz in eternum coram me. Attendat ergo et aspiciat Salomonis domũ plenam mulieribus alienigenis colẽtibus deos falsos et ipsum ab eis regem alioquin sapiẽtem in eandem ydolatriam seductum atqz deiectum. et non audeat existimare deum vel hoc promisisse mẽdaciter. vel talem salomonem domumqz eius futuram non potuisse prescire. Non hinc autem deberemus ambigere: nec si nõ in christo domino nostro qui factus est ex semine dauid sm carnem iam videremus ista compleri: ne vane atqz inaniter alium aliquem requiramus: sicut carnales iudei. Nec ob aliud viuente adhuc patre suo dauid regnare Salomon cepit: quod nulli illorum regum contigit: nisi vt hinc qz satis eluceat non esse ipsum quem pphetia ista signat que ad eius patrem loquitur dicens. Et erit cum impleti fuerint dies tui et dormies cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te qui erit de ventre tuo: et preparabo regnum illius. Quomodo ergo propter id quod sequitur. hic edificabit mihi domum iste Salomon putabitur prophanus. et non potius propter id quod pcedit cum impleti fuerint dies tui et dormies cum patribus tuis suscitabo semen tuum post te Alius pacificus intelligitur esse pmissus: qui non ante: sicut iste: sed post mortẽ dauid prenunciatus est suscitandus? Quãlibet enim longo interposito tempore iesus christ9 venerit procuidubio post mortem regis dauid cui sic est promissus eum venire oportebat qui edificaret domũ domino: non de lignis et lapidibus: sed de hominibus qualẽ illum edificare gaudemus. Huic enim domui dicit apostolus hec est de fidelibus christi. templum enim sanctum est quod estis vos: hec ille. Et libro eodem. c. xx. dicit. Post hunc regnauit eidem populo vniuerso. Salomõ ei9 filius qui vt supra dictum est patre suo viuẽte cepit regnare. qui in ecclesiastico fidẽ gentium futuram predixit isto modo. Miserere nostri dominator deus omniũ et immitte timorem tuum super omnes gentes. Extolle manum tuam super gentes alienas et videãt potentiam tuam: sicut coram illis sanctificatus es in nobis. ita coram illis magnificeris in illis: et cognoscant te sicut et nos cognouimus te: quia non est deus preter te domine Hanc sub optandi et precandi specie pphetiam per iesum christum videmus impletã. hec ille. Et super ps. lxxj. dicit sic. Salomon quippe interpretatur pacificus: aperte hoc vocabulum illi verissime atqz optime congruit per quem mediatorem et inimicis cõcepta remissione peccatorum reconciliamur deo hec ille De quo mediatore dicit sponsa Canticorum .ij. Ecce ipse venit saliens in montibus: transiliẽs colles: similis est dilect9 meus capree: hinnuloqz ceruorum. En ipse stat post parietem inspiciens per fenestras: respiciens p cancellos. Superioribus angelis pmo natiuitas christi manifestata est. quasi montes in circuitu eius. Minutus paulominus ab angelis. propter quod pinguescunt speciosa deserti: et exultatiõe velut colles accinguntur. Et sicut caprea et hinnulus mũdicia et innocentia a canibus vsqz ad internectionem insecutus est quẽ circundederũt canes multi conciliumqz malignantium obsedit. ¶ Hucusqz signatio supplicatõis extendit. Post multum vero temporis conuocauit deus pater cancellarios suos scilicet prophetas suos quibus tradidit supplicationem signatam vt registrarẽt eam autẽtice in curia ecclesie militantis. Primo itaqz vocauit Esayam prophetam qui ad instantiam regis Achaz petentis hanc supplicationem registrari: sic scripsit. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel. Super quo dicit Lactantius libro quarto diuinarum institutionum. xij. caplo. Legebant ista iudei qui cum necaue

runt. Si quis nos hec fingere arbitratur ab hijs requirat: ab hijs potissimum sumat: satis firmum testimoniũ est ad probandũ veritatem qd ab ipsis phibetur inimicis. Emanuel autem nunq̃ vocatus est. Sed iesus q̄ latine salutaris siue saluator dicit̃: q: cunctis gentibus salutifer venit: sed propheta declarauit hoc noie q deus ad homies in carne venturus esset. Emanuel autẽ significat nobiscum deus: scʒ q illo per virginem nato confiteri homines oportebat deum secũ esse: id est in terra ⁊ in carne mortali. Unde dauid in psal. lxxxiiij. Ueritas inquit de terra orta est: quia deus in quo veritas est terrenum corpus accepit vt terrenis salutis viam aperiret. hec ille. Et Augustin⁹ lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xxx. dicit. Iam vero de ecclesia quod sequit̃ audiam⁹. Letare inquit sterilis que non paris: erumpe ⁊ clama que non parturis, quoniā multi filij deserte magis q̃ eius que habet virum. dilata locũ tentorij tui: ⁊ palos caularum tuarum fige. Noli parcere: plonga funiculos tuos: ⁊ palos tuos conforta. Adhuc in dexterā ⁊ sinistrā partem extende ⁊ semen tuum hereditabit gentes ⁊ ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas quoniā confusa es: neq̃ reuerearis q: exprobrata es: quoniā confusionem eternam obliuisceris: ⁊ opprobrij viduitatis tue nō eris memor: quoniā dñs faciens te: dñs sabaoth nomen eius: ⁊ qui eruit te ipse deus israel vniuerse terre vocatur ⁊c. hec ille. ¶ Secundo vocauit deus pater hieremiam q̄ temporibus Sedechie regis iuda scripsit. xxxi. ca. sic. Nouum faciet dñs super terram mulier circundabit virum. Et fuerunt hic duo. primum ex parte mulieris: cum dicit. Mulier circundabit virum. Naʒ alie mulieres nō circũdāt filios suos. q: corp⁹ diuisuʒ ab alio ⁊ discontinuatũ non potest illud corpus circũdare sicut circulus fractus vel diuisus violenter. sed corpus indiuisum ⁊ imaculatum solum potest illud circundare. Nunc autem sic est q omnis alia mulier naturaliter concipiens in ipsa conceptione continuitatem perdit fractis claustris pudoris: ideo proleʒ non circundat. Sed sola beata virgo quia inuiolata concepit: ideo filiuʒ suũ in vtero circundasse dicit̃: cum dicit. Hiere. Nouum faciet dominus ⁊c. Mulier circundabit viruʒ id est eadem erit mater ⁊ virgo. Aliud nouũ est ex parte prolis: cum dicit virum. Nam filius dei existens in vtero solus inter omnes homines fuit vir: id est oĩ virtute ⁊ sapientia plenus. ¶ Tertio vocauit deus pater. Baruch qui prophetauit tempore Hieremie. iij. ca. dicens. Hic est deus noster: ⁊ non estimabitur alius aduersus euʒ. Hic adinuenit omnem viam discipline ⁊ tradidit iacob puero suo: ⁊ israel electo suo. Post hec in terris visus est ⁊ cum hoĩbus conuersatus est. hec ille. ¶ Quarto vocauit deus pater Ezechielem prophetam. de quo Augustinus libro xviij. de ciuitate dei. cap. xxxiiij. dicit sic. Ezechiel quoq̃ more phetico per dauid xp̄m significans: quia carneʒ de dauid semine assumpsit ppter quam formam serui qua factus est homo etiam seruus dei dicit̃: qui est filius dei. Sic eum prophetando pnunciat ex persona dei patris. Et suscitabo inquit super pecora mea pastorem vnum qui pascat ea: seruum meũ dauid: et ipse pascet ea: ⁊ ipse erit his in pastorem. Ego autem dñs ero eis: ⁊ in deum. ⁊ seruus meus dauid princeps in medio eoꝝ. Ego dominus locutus sum. Et alio loco. Et rex inquit vnus erit oĩbus imperans: ⁊ non erunt vltra due gentes nec diuident̃ in duo regna: neq̃ polluentur vltra in ydolis suis: ⁊ abhoĩationibus suis: ⁊ in cũctis iniquitatibus suis: ⁊ saluos eos faciam de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt: ⁊ mundabo eos: ⁊ erunt mihi populus ⁊ ego ero eis deus. ⁊ seru⁹ meus dauid rex super eos ⁊ pastor vnus erit omniũ. hec ille ¶ Quinto vocauit deus pater Danielem prophetam. de quo Lactātius vbi supra xij. ca. dicit sic Daniel quoq̃ similia prelocut⁹ est. Uidebam inquit in visu noctis: ⁊ ecce in nubibus celi vt filius hominis veniens ⁊ vsq̃ ad vetustum dierum peruenit. ⁊ qui assistebant obtulerunt eum ⁊ datum est ei regnuʒ ⁊ honor ⁊ imperiũ. ⁊ oĩs populus tribus ⁊ lingue seruient ei: ⁊ potestas eius eterna que nunq̃ transibit: ⁊ regnũ eius quod non corrumpetur. Quomodo ergo iudei ⁊ confitentur ⁊ sperant xp̄m: qui hunc idcirco reprobauerunt q: ex hoĩe natus est. Nam cum ita sit a deo constitutum vt idem xp̄s bis veniat in terram: semel vt vnũ deum gentibus nunciet: deinde rursus vt regnet. Quomodo in secundũ eius aduentũ credunt q̄ in pmuʒ non crediderũt. Et qui pphera vtrosq̃ aduentus eius paucis verbis cōprehendit dicēs. Ecce inquit in nubibus celi vt filius ho

minis veniens. non dixit vt filius dei sed vt filius hois vt ostenderet q carne indui haberet in terra vt suscepta hois figura et conditione mortali doceret homines iusticiam et cum mandatis dei functus: veritatem gentibus reuelasset: mulctaret in morte vt inferos etiā vinceret ac resignaret: atq ita demū resurgens ad patrem proficisceret in nube sublatus: adiecit enim propheta et ait: et vsq ad antiquum dierum peruenit: et oblatus est ei. Antiquū dierum appellauit summū deū cuius etas et origo non potest cōprehendi quia solus a seculis fuit et erit semper in secula. xp̄us autem post passionem et resurrectionem ascensurus in celum ad deum patrem a Dauid in Psal. cviij. contestatus est his versibus. Dixit dñs domino meo sede ad dexteram meam: quo adusq ponam inimicos tuos subpedaneum pedum tuorum Qui propheta cum rex esset quem appellare dñm suum posset qui sederet ad dexterā dei: nisi christum filium dei qui est rex regū et dominus dñantium. Denique ob virtutem et fidem quam deo exhibuit in terra: datum est ei regnum et honor et imperium: et omēs populi tribus terre et lingue seruient ei: et potestas eius eterna que nunq̄ transibit: et regnum eius non corrumpetur. Quod quidē duobus modis intelligitur: quia et nunc habet perpetuam potestatem cum omnes gētes et omnes lingue nomen eius venerant: maiestatem confitentur: doctrinam sequuntur: virtutem imitantur: habet imperium: habet honorem: cum omēs tribus et lingue terre preceptis eius obtēperant. hec ille. ¶ Sexto vocauit Osee prophetam. de quo Augustinus libro. xviij. de ciuitate dei. capi. xxviij. dicit sic. Osee ergo propheta quanto pfundius loquitur: tanto operiosius penetratur: sed aliquid inde sumendum et hic ex nostra promissione ponendum. Et erit inquit in loco quo dictum est eis. Non populus meus vos: vocabuntur et ipsi filij dei viui. Hoc testimoniū propheticum de vocatione populi gentium qui prius non pertinebat ad deū: etiam apostoli intellexerunt. Et q2 ipse, quoq populus gentium spiritualiter est in filijs abrahe ac p hoc recte dicit israel: pptera sequitur et dicit. Et congregabuntur filij iuda et filij israel in idipsum: et ponent sibi principatum vnum: et ascendent a terra. Hoc si adhuc velimus exponere eloquij pphetici obcundetur sapor. ¶ Recolatur tamen lapis ille angularis: et duo illi parietes vnus ex iudeis alter ex gentibus. Ille nomine filiorū israel eidem vni principatui suo in idipsum innitētes et ascendentes cognoscantur in terra. Istos autem carnaliter israelitas qui nunc nolunt credere in christum postea credituros: id est filios eorum. Nam vtiq isti in suū locum moriendo transibunt. Idem propheta testatur dicēs. Quoniā diebus multis sedebunt filij israel sine principe: sine sacrificio sine altari: sine sacerdotio: sine manifestationibus. Quis non videat nūc sic esse iudeos sed quid adiungat audiamus. Et postea inquit filij israel reuertentur et inquirent dominum deum suū et dauid regem suum: et stupescent in domino et in bonis ipsius in nouissimis diebus. Nihil est ista pphetia manifestius: qua dauid regis nomine significatus intelligitur xp̄us: quia factus est sicut dicit apostolus ex semine dauid sm carnem. hec ille. ¶ Septimo vocauit deus pater Iohelem prophetam qui scripsit secūdo caplo libri sui sic. Noli timere terra: exulta et letare: quoniā magnificauit dñs vt faceret. Nolite timere aīalia regionis quia germinabūt speciosa deserti quia lignum attulit fructū suū filij syon exultate et letamini in domino deo vestro: quia dedit vobis doctorem iusticie et descendere faciet ad vos ymbrem matutinum et serotinum sicut in principio. Et in die illa stillabunt montes dulcedinem: et colles fluent lacte et melle. hec ille. ¶ Octauo vocauit deus pater Amos pphetā. de quo Augustinus libro. xviij. de ciuitate dei ca. xxviij. dicit sic. Amos quoq de rebus talibus sic pphetat. Prepara inquit te vt inuoces dñm deū tuū israel: q2 ecce ego firmans tonitruū et creans spm: et annuncians in hominibus xp̄m suum. hec ille. ¶ Nono vocauit deus pater Abdiam pphetam. de quo dicit Augustinus eodem libro ca. xxxij. sic. Abdias q̄ntum ad scripturam eius attinet oīum breuissimus pphetarum aduersus ydumeam loquit gentem: scz esau ex duobus geminis ysaac filijs nepotibus abrahe maioris illius reprobati. Porro si ydumeam: modo locutionis quo intelligitur a parte totum: accipiam9 positam esse pro gentibus possumus de xp̄o agnoscere quod ait inter cetera. In monte autem syon erit salus: et erit sanctū. et paulo post in fine ipsius pphetie. Et ascendēt inde

resaluati et monte syon vt defendant mõtem esau. Et erit dño regnum. Apparet qp pe id esse completum cum resaluati et monte syon id est et iudea credẽtes in xp̃m qui precipue agnoscuntur apostoli ascenderũt vt defenderent montem esau. Quomodo defenderunt nisi per euangelij predicationem saluos faciendo eos qui crediderũt: vt eruerentur de potestate tenebrarũ ⁊ transferrent in regnum dei qd̃ consequẽter expressit addendo. Et erit dño regnũ. Mons em̃ syon iudeam significat: vbi futura predicta est salus ⁊ sanctum quod est xp̃s iesus. Mons vero esau ydumea est per quam significata est ecclesia gentium quã defenderunt sicut exposui resaluati de monte syon vt esset dño regnũ. Hoc obscurum erat anteq̃ fieret sed factum quis fidelis non agnoscat. hec ille. ¶ Decimo vocauit Jonam pphetam qui pmo caplo libri sui dicit sic. Tollite me ⁊ mittite in mare ⁊ cessabit mare a vobis. Scio em̃ q̃ ppter me tempestas grandis hec est super vos. Per mare intelligitur mundus. Iuxta illud Psal. Hoc mare magnum est spaciosum manibus. In amaritudines huiꝰ seculi missus est filius dei qui est sapientia patris. qꝛ homo ex appetitu scientie peccauit. Ideo tempestas vniuersalis dãnationis humane nature propter filium dei acciderat. ¶ Undecimo vocauit deus pater Micheam prophetam de quo Augustinus eodem libro. capi. xxx. dicit sic. Micheas ppheta xp̃m in figura ponens magni cuiusdam montis hec loquitur. Erit in nouissimis diebꝰ manifestus mons domus domini in vertice montium preparatus ⁊ exaltabitur super colles: ⁊ festinabunt ad eũ plebes: ⁊ ibunt gentes multe: ⁊ dicent. Uenite ascendamus in montem domini: ⁊ in domum dei iacob: ⁊ ostendet nobis viam suam: ⁊ ibimus in semitis eius. Quia ex syon procedit lex ⁊ verbum domini de hierusalẽ: ⁊ iudicabit inter plebes multas ⁊ redarguet gẽtes potentes vsq̃ in longinquũ. Predicens etiam iste ppheta locũ in quo natus est xp̃s ait. Et tu inquit bethleẽ domus effrata nequaq̃ minima es vt sis in milibus iuda. Ex te mihi pdiet dux vt sit in principem israel ⁊ egressus eius ab initio: ⁊ ex diebus antiquis. Propterea dabit eos vsq̃ ad tempus quo parturiens pariet: ⁊ residui fratres eius cõuertent ad filios israel: ⁊ stabit ⁊ videbit ⁊ pascet gregem suũ in virtute dñi: ⁊ in honore nominis dei sui erunt: quoniã nunc magnificabitur vsq̃ ad summũ terre. hec ille. ¶ Duodecimo vocauit deus pater Naum prophetam. De quo Augustinus eodem libro. xxxi. ca. dicit sic. Naum vero propheta: imo per illum deus. Exterminabo inquit sculptilia ⁊ cõflatilia ponam sepulturã tuã: qꝛ ecce veloces sup montes pedes euãgelizãtis ⁊ ãnũciantis pacẽ. Celebra iuda dies festos tuos: redde vota tua: qꝛ iam nõ adijcient vltra vt transeant in vetustatem. Consummatum est: consumptum est: ablatum est: ascendit qui insufflat in faciem tuam eripiens te ex tribulatione. Quis ascenderit ab inferis ⁊ insufflauerit in faciẽ iude: hoc ẽ iudeorum discipulorum: spm̃ sanctum recolit q̃ meminit euangelium: ad nouũ em̃ testamentum pertinent quorum dies festi ita spũaliter innouantur: vt in vetustatem transire non possint. Porro per euangeliũ exterminata sculptilia ⁊ conflatilia: id est ydola deorum falsorum: ⁊ obliuioni tanq̃ sepulture tradita iam videmus: ac etiam in hac re propheticam impletam esse cognoscimus. hec ille. ¶ Decimo tertio vocauit deus pater Abacuch prophetam de quo dicit Hieronimꝰ in prologo Abacuch sic. Hic in fine prenunciat aduentum domini saluatoris. Nam de quo alio q̃ de xp̃i aduentu qui futurus fuerat intelligit dicere. Et respondit dominus ad me ⁊ dixit mihi. Scribe visum in buxo aperte vt assequatur qui legit eum: qꝛ adhuc visus est ad tempus: ⁊ orietur in fine ⁊ non in vacuum. Si tardauerit sustine eum. qꝛ veniens veniet ⁊ non morabitur. hec ille. Et Augustinus libro. xviij. de ciuitate dei. capl. xxxij. dicit sic. Abacuch de quo alio q̃ de xp̃i aduentu qui futurus fuerat intelligit dicere. Et respondit dñs: ⁊ dixit ad me. Scribe visum aperte in buxo: vt assequatur qui legit eum. quia adhuc visio ad tempus: ⁊ orietur in fine ⁊ nõ in vacuum. Si tardauerit sustine eum: qꝛ veniens veniet ⁊ non morabitur. Ista verba ponunt Abacuch. ij. in principio. ¶ Quarto decimo vocauit Sophoniam pphetam q̃ primo ca. sui libri dicit sic. Silete a facie dñi dei: qꝛ est iuxta dies dñi. Quia preparauit dñs hostiam: sanctificauit vocatos suos. Et capl. iij. Dñs iustus in medio eius nõ faciet iniquitatẽ Mane mane iudiciũ suũ dabit in luce ⁊c. h̃ ille. Et Augustinus. libro. xviij. de ciuitate dei. ca. xxxiij. dicit sic. Sophonie aũt pphete

q̄ cũ Ieremias prophetabat etiam hec predicta de xp̄o interim ponaƺ. Horribilis inquit dñs super eos: ⁊ exterminabit super omnes deos terre: ⁊ adorabit eũ vir de loco suo oēs insule gentium. Et paulopost. Tunc inquit transuertam in populos linguam ⁊ progenies eius vt inuocent oēs nomen dñi: ⁊ seruiant ei sub iugo vno: a finib⁹ fluminũ ethiopie afferent hostias mihi. In illo die non cōfunderis ex omnibus adinuentionibus tuis: quas impie egisti in me. quia tunc auferam abs te prauitates iniurie tue: ⁊ iam nō adijcies vt magnificeris super montem sanctuƺ meum. Et subdit. Relinquā in te populum mansuetum ⁊ humilem ⁊ verebuntur a nomine dñi q̄ reliqui fuerint in israel. He sunt reliquie de quibus alibi ꝓphetatur: quod apostolus etiam cōmemorat. Si fuerit numerus filiorũ israel sicut arena maris reliquie salue fient. He quippe in xp̄m illius gentis reliquie crediderunt. hec ille. ¶ Quintodecimo vocauit Aggeum prophetam. de quo dicit Augustinus eodem libro. capi. xxv. Aggeus xp̄m ⁊ ecclesiam hac apertius breuitate prophetat. Hec dicit domin⁹ exercituum adhuc vnum modicum est: ⁊ ego cōmouebo celum ⁊ terram mare ⁊ aridam ⁊ omnes gētes mouebo ⁊ veniet desideratus cunctis gētibus. Hec prophetia partim completa iam cernitur: partim speratur in fine complenda mouit enim celum angelorum ⁊ syderum testimonio quando incarnatus est xp̄us. mouit terram ingenti miraculo de ipso virginis partu. Mouit mare ⁊ aridam: cum ⁊ insulis ⁊ in toto orbe xp̄us annunciatur. ita moueri omnes gentes videmus ad fidem. iam vero quod sequiť. Et veniet desideratus cunctis gentibus. de nouissimo eius expectatur aduentu. Ut enĩ esset desideratus expectantibus: prius oportuit eum dilectũ esse credētibus. hec ille. ¶ Sextodecimo vocauit deus Zachariam ꝓphetam. de quo Lactācius lib. iiij. diuinarũ institutionũ. xiiij. capi. dicit sic. Quis autem futurus esset cui deus eternum sacerdotium pollicebať zacharias etiam nomine posito apertissime docuit. Sic enĩ dixit Et ostendit mihi dñs deus iesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli dñi: ⁊ dyabolus stabat ad dexterā ipsius vt aduersareť ei. Et dixit dñs ad dyabolũ. Imperet tibi dñs in te q̄ elegit hierlm ⁊ ecce tytio eiectus ab igne ⁊ iesus erat indut⁹ vestimentis sordidis: ⁊ stabat ante faciē angeli. Et respondit ⁊ dixit ad circũstantes ante faciē ipsius dicēs. Auferte vestimēta sordida ab eo. ⁊ induite eũ tunica thalari ⁊ imponite cydarim mundā sup caput eius. Et angel⁹ dñi stabat ⁊ testificabať ad iesum dicēs. hec dicit dñs omnipotēs. Si in vijs meis ambulaueris ⁊ ꝑcepta mea seruaueris tu iudicab domũ meā ⁊ dabo tibi q̄ ꝯuersanť in medio hoꝝ circũstantiuƺ. Audi itaq̃ iesu sacerdos magne. Quis nō ergo captos mētibus tunc fuisse iudeos arbitretur q̄ cuƺ hec legerent ⁊ audirēt nephādas manus deo suo intulerũt Atq̄ ab eo tp̄e q̄ zacharias fuit vsq̄ ad ānũ quītūdecimũ Tiberij cesaris q̄ iesus crucifix⁹ est ꝓpe q̄ngēti āni numeranť. Siq̄dē darij ⁊ alexādri adoleuit etate: q̄ fuerũt nō multo post q̄ꝫ tarq̄ni⁹ sup̄b⁹ exact⁹ est. Sƺ illi rursus eodē mō falsi decepti q̄ꝫ sunt putātes h̄ de iesu filio naue eē dcā q̄ successor moysi fuit: aut de sacerdote iesu filio iosedech i q̄s nihil ꝯgruit eoꝝ q̄ ꝓpħa narrauit. Nō enĩ sordidati illi vnq̄ fuerũt. Cuƺ alter eoꝝ ꝑnceps potentissim⁹ fuerit alť sacerdos. aut ꝑpessi sūt aliq̄d aduūst vt tāq̄ꝫ titio eiect⁹ ex igne putareť: aut aliq̄n in ꝯspectu dei ⁊ āgeloꝝ steterũt: aut ꝓpħa de ꝑterit loq̄bať poti⁹ q̄ꝫ de futuris. Locut⁹ ē ḡ de iesu filio dei vt ostēderet eũ. ꝑmo in humilitate ⁊ carne vēturũ. hec ē enĩ vestis sordida vt pararet tēplũ dñi. Et sicut titio igni cōburiť ita ab hominibus cruciamenta perferret ⁊ ad vltimũ extingueret. Titionē enĩ vulgus appellat extractum foco torrem semiustũ extinctum. Quomodo aūt ⁊ cuƺ quibus mandatis a deo mitteretur in terraƺ. declarauit spiritus dei ꝑ ꝓpħam dicens futurũ. vt cũ voluntatem summi patris fideliter ⁊ cōstāter impleuisset: acciperet iudiciũ atq̄ impiũ sempiternum. Si in vijs meis: inq̄t: ambulaueris ⁊c. Propterea q̄ tāƺ fidelis extitit q̄ sibi nihil ꝓsus assumpsit vt mādata mittentis impleret ⁊ sacerdotis ꝑpetui dignitatē: ⁊ reg̃ summi honorē: ⁊ iudicis ꝑtātem ⁊ dei nomē accepit hec ille. Et Aug. lib. xviij de ciui. dei. ca. xxxv. dicit sic. Zacharias de xp̄o ⁊ ecclia. Exulta inquit valde filia syon: iubila filia hierusalē. ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator. Ipse pauper ⁊ ascendens super asinum ⁊ super pullũ filiũ asine. ⁊ ꝑtās eius a mari vsq̄ ad mare: ⁊ a fluminib⁹ vsq̄ ad fines terre. Hoc q̄n factum sit vt dñs xp̄us in itinere iumento huius gñis vtereť. in euangelio legiť. vbi h

⁊ pphetia commemorat̃ ex parte: quantum illi loco sufficit. ¶ Decimoseptimo deus pater vocauit malachiam. de quo augustinus vbi supra dicit sic. Malachias prophetans ecclesiã quã per xpm iã cernimus ppagatã iudeis expressissime dicit ex persona dei. Non est mihi volũtas in vobis ⁊ munus nõ suscipiam de manu vestra. Ab ortu enĩ solis vsqʒ ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: ⁊ in omni loco sacrificabit̃ ⁊ offeretur nomini meo oblatio munda: quia magnum nomen meum in gentibus dicit dñs Hoc sacrificium per sacerdotium christi sm ordinem melchisedech cum in omni loco a solis ortu vsqʒ ad occasum deo iam videamus offerri. Sacrificium autem iudeorum quibus dictum est non est mihi volũtas in vobis: nec accipiam munus de manib⁹ vr̃is. cessasse negare non possint. Quid adhuc expectant alium xpm cum hoc quod pphetatum legunt ⁊ impletum vident: impleri non potuit: nisi per ipm: hec ille. ¶ Decimooctauo vocauit esdram qui in eo xpm pphetasse intelligendus est vt Augustinus eodẽ libro xxviij. c. dicit sic. ꝙ inter quosdã iuuenes orta questione quid amplius valeret in rebus cum regem vnus dixisset: alter vinum: alter mulieres que plerũqʒ regibus imperarent. idem tamen tertius veritatem super omnia demonstrauit esse victricem. Consulto autẽ euangelio xpm esse cognoscimus veritatem hec ille. ¶ Decimonono vocauit mardocheum qui in hoc pphetauit xpm venturum in carne: vt dicit̃ Hester. viij. Mardocheus de palatio ⁊ conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regijs hiacinthinis videlicet et aerinis coronam auream portans in capite amictus pallio serico ac purpureo omnisqʒ ciuitas exultauit atqʒ letata est. Judeis aũt noua lux oriri visa est. Ecce ꝙ expresse mardoche⁹ pphetat de xp̃o hodie nato quo ad omnia que hic cõtinentur. ¶ Uigesimo vocauit Job qui pphetans de christo. xxxi. ca. dicit sic. Uidi solem cum fulgeret et lunam incedentem clare ⁊ letatum est cor meũ in abscondito. Per solẽ intelligitur diuinitas christi, per lunam intelligit̃ humanitas eius que fuit clara sine contagione alicuius peccati. ideo letatuʒ est cor eius quia hodie vniuersus mundus exultat. sed in abscõdito q̃a est letitia spũalis ⁊ mentalis. Dyabol⁹ autẽ cognoscens quomodo cancellarij dei patris qui sunt viginti numero iam registrauerãt supplicationem sanctorum patruʒ cepit amplius inseuire in humanum genus: sicut augustinus lib. cur quando ⁊ quomodo deus homo: vij. c. dicit. Dyabolus nãqʒ qui nũmũ deceptionis accõmodauerat hominibus: cũ maximis ⁊ intolerabilibus vsuris illum instanter exigebat et tamdiu hoc facere cõsueuerat ꝙ iam iure hereditario se omnem carnem possidere putabat. Unde beatus Job dicit. Absorbet fluuium et non mirabitur: et habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os ei⁹: hinc aperte insinuans ꝙ hostis antiquus omnes ante saluatoris aduentum: ita suos esse arbitrabatur ꝙ ei paruʒ de illis erat. sed etiam confidebat se obtinere posse omnes ĩ christum credituros. i. baptizandos quos p iordanem intelligimus. in quo fuerũt sacrate baptizati primitie. Scimus equidem ꝙ dominus sex diebus operatus est ⁊ in septimo requieuit. Similiter quoqʒ mundũ istũ per sex etates distinxit quem non amplius fluctuare presciuit vt in etate septima omĩa cessarent et a suis actibus quiescerent. Hoc vtiqʒ dyabolus sciens cum iam per quinqʒ etates valde effrenate super homines dominium suum exercuisset: tunc tanto effrenatius se ad debellandum homines preparabat quanto intelligebat non nisi sextam etatem sibi superesse: hec ille. Ideo lactantius libro quarto diuinarum institutionum. xli. c. dicit sic. Cum sepe iudei preceptis salutarib⁹ repugnarent atqʒ a diuina lege desisterẽt aberrantes ad impios cultus deorum cum deus iustos et electos viros sancto spiritu implebat. prophetas in media plebe constituens: per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet ⁊ nihilominus hortarentur ad penitentiam sceleris agendam quam nisi egissent atqʒ abiectis vanitatib⁹ ad deum suum redijssent fore vt testamentum suum mutaret. id est hereditatem vite immortalis ad exteras conuerteret nationes. Aliumqʒ sibi populum fideliorem ex alienigenis congregaret. Illi autem a prophetis increpati non modo verba eorum respuerunt. sed ꝙ sibi peccata exprobrarẽtur offensi eos ip̃os exquisitis cruciatibus necauerunt que omnia diuine littere signata conseruant. Dicit enim propheta Hieremias. Misi ad vos seruos meos prophetas ante lucem mittebam; et non audiebatis

me: nec intendebatis me auribus vestris
cum dicerem vobis. Conuertat vnusquisq
a via sua mala et a nequissimis affectionib⁹
vestris et habitabitis in terra ista quam de-
di vobis et patribus vestris a seculo et vsq in
seculū Esdras etiam propheta qui fuit cyri tē-
poribus a quo iudei sunt restituti: sic loquit
Descinerunt a te et abiecerūt legem tuā post
corpus suum et prophetas tuos interfecerūt
qui obtestabantur eos vt reuerterentur ad
te. propter has illorum impietates abdica-
uit eos in perpetuum. itaq desijt prophetas
mittere ad eos. hec ille. ¶ Et licet multi
supplicarent deo patri vt apponeret sigillū
curie celestis supplicationi iam registrate ta-
men istud fuit dilatum per multa tempora
impediente demone sicut beatus Augusti.
lib. xviij. de ciuitate dei. ca. xlv. dicit sic. Post-
ea q̄ gens iudea cepit non habere prophe-
tas proculdubio deterior facta est: scz eo tēpo-
re quo se sperabat instaurato tēplo post ca-
ptiuitatem que fuit in babylonia futurā esse
meliorem. Sic quippe intelligebat populus
ille carnalis quod pronunciatū est p Aggeū
prophetā dicentē. Magna erit glia dom⁹ isti⁹
nouissime plusq̄ prime. qd̄ de nouo testamē-
to dictum esse paulo superius demonstrauit
vbi ait aperte xp̄m promittens: et veniet desi-
deratus cunctis gentibus. hec ille. Cum aūt
venit plenitudo temporis significata prophe-
tico spū p os patriarche Jacob. Geñ. xlviij.
vbi ait. Non deficiet princeps ex iuda: neq
dux de femoribus eius donec veniat cui re-
positum est et ipse erit expectatio gentium.
Missus est gabriel angelus ad mariam vir-
ginē que supplicabat deo patri p sigillo im-
ponendo supplicationi dicens. Quomodo
fiet istud qm̄ virū non cognosco? Ministra-
uit cerā virgineā scz carnem mundissimam:
tunc spūssanctus dei patris thesaurarius et
sigillator secretarius sigillū dei patris cere vir-
ginee impressit: qr dei filium qui est verbum
et ymago dei patris carni inseruit: qr xp̄us
fuit conceptus de spū sancto ex maria virgi-
ne sicut angelus dicit. Luce. ij. Spūssanctus
superueniet in te et virtus altissimi obumbra-
bit tibi etc. In sigillo est scriptura siue verbū
et ymago et xp̄s est dei patris verbū et yma-
go adunata carni humane. Et istud fuit fa-
ctum iam sunt nouem menses et per totum
istud tempus nouem mensium supplicatio
sigillata stetit arrestata in virginis sacratissi-
mo vtero. id Lactātius xiiij. lib. xij. ca. diuinarū
institutionum dicit sic. Descendens itaq de
celo sanctus ille spūs dei sanctam virginem
cuius vtero se insinuaret elegit. At illa dum
spū hausto repleta concepit et sine vllo atta-
ctu viri repente vterus virginalis intumuit.
Qr si animalia quedam vento et aura conci-
pere solere omnibus notum est: cur quisq̄
mirum putet: cum spū dei. cui facile est quic-
quid velit grauatā esse virginem dicimus?
Quod sane incredibile posset videri nisi hoc
futurum ante multa secula prophete cecinis-
sent. Salomon ita dicit. Infirmatus est vte-
rus virginis et accepit fetum et grauata est
et facta est in multa miseratione mater vir-
go. hec Lactantius. ¶ Et vt Augustinus lib.
xviij. de ciuitate dei. ca. xlvi. dicit. Regnante
herode in iudea apud romanos autem iam
mutato reipublice statu imperante Cesare
augusto et per eum orbe pacato: natus est
christus in bethleē iude: homo manifestus
ex homine virgine: deus occultus ex deo pa-
tre. hec ille. Et libro de symbolo tractatu q̄r-
to dicit. Quis non expauescat cum audiat
deum natum. Audis nascentem vide in ip-
so suo ortu mirabilia facientem: aluus tume-
scit virginis: claustra permanēt pudoris: im-
pletur vterus matris sine vllo complexu pa-
tris: sentit prolem que se ignorauerat coniu-
gem: angelus ad virginem loquitur: a virgi-
ne cor preparatur: christus fide concipitur:
miraris hec? Adhuc mirare. Parit mater: ē
virgo sancta et intacta nascitur filius sine ho-
mine patre: qui fecit et ipsam matrem. Factor
omnium fit inter omnia: portatur manibus
matris rector totius orbis. Lambit vbera
gerens sidera. Tacet et verbum est: necdum
per linguam se demonstrat quis esset: et vni-
uersa creatura suum natum indicat creatorē
Angeli pastoribus annunciant: stella ma-
gos inuitat: rusticitas pastorum admonitio-
nem exigit angelorum: curiositas magorū
instructa est lingua celorū. hec ille. Ista enī
fuerunt indicia qbus beata virgo supplica-
tionem signatā registratam sigillatam om-
nib⁹ hodierna die patenter demōstrauit: qa
puerum iesum verum deum et verum homi-
nem toti mundo presentauit. Congregatis
itaq vniuersis creaturis scz angelis homini-
bus pastoribus. magis: iustis coram eis Io-
hannes euangelista Cancellarius noui te-
stamēti cui reuelata sunt secreta celestia pu-

dlice alte magna voce reuerenter sic legit. Verbum caro factum est et habitauit in nobis. vt dicant verba proposita in principio sermonis. Et suspiciens in celum. Cum omnes intenderent in eum vt audirent quidnā vidisset dixit. Illud quod ponitur. Apocal. xix. ca. Et vidi celum apertum et ecce equus albus et qui sedebat super eum vocabatur fidelis et verax: et cum iusticia iudicat et pugnat. oculi autem eius sicut flamma ignis: et in capite eius dyademata multa: habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse Et vestitus erat veste aspersa sanguine: et vocabatur nomen eius verbum dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in eq̄s albis vestiti bissino albo et mundo: et de ore ipsius procedit gladius ex vtraq̄ parte acutus vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eos in virga ferrea: et ipse calcat torcular vini furoris ire dei omnipotētis: et habet in vestimento et in femore suo scriptum rex regum et dominus dominantiū. hec ibi. Celum enī fuerat clausum ab Adam vsq̄ ad passionē christi: nunc autem est apertum prout patet ex supplicatione iam lecta. Et ecce equus albus. id est humanitas christi alba et munda sine macula. Et qui sedebat super eum erat deus et vocabatur fidelis in preteritis promissis per prophetas: et verax in futuris que eueniēt. Oculi autem christi quibus respicit ecclesiam sunt dona spiritussancti inflammantia corda hominum. et habet multa dyademata. id est victorias quibus superauit dyabolum: et vocatur deus et homo. id est iesus qui interpretatur saluator: quia saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Mathei. i. ca. Vestitus carne humana que tempore passionis fuit tota aspersa sanguine. Esa. lxiij. ca. Quare rubrum est indumentū tuum? Et vocatur verbum dei: quia in principio erat verbum. et ordines sanctorum sequuntur eum in vestibus albis. id est cū stola innocentie et eos qui nolunt credere in eū feriet sententia diffinitiua que est gladius feriens animam et corpus: quando dicet. Ite maledicti in ignem eternum. hoc autem iudicium conuenit ei: quia superauit torcular mortis et habet in vestimento suo. id est in patriarchis et in femore suo. id est in humanitate propria vt sit rex regum et dominus dominantium. Tunc surrexit Lucas euangelista et animauit omnes creaturas dicens

Respicite et leuate capita vestra quoniam appropinquauit redēptio vestra. Luce. xxi. Multi autem attendentes ad supplicationē sigillatam et non intelligentes sciscitabātur a matheo euangelista quid hoc esset. Et ille respondens dixit. Liber generationis iesu christi filij dauid: filij abraham etc. Math. i. Illi autem intuebantur faciem christi: sicut faciē angeli stantis inter illos. Et videns eos admirantes. Marcus euāgelista dixit. Initium euangelij iesu christi filij dei scriptū est in Esaia propheta. Ecce ego mitto angelū meum ante faciem meam. de quo angelo dicit Malachias propheta. vltimo ca. Statim veniet ad templum suum dominator quem vos q̄ritis: et angelus testamēti quē vos vultis. Et subito angelus apparuit pastoribus dicens. Hoc est vobis signum natiuitatis iesu christi. Cumq̄ illi interrogassent quod signum. Respondit angelus. In sole luna et stellis: et in terris. sicut predixit Lucas euangelista. Primo in dei filio nascente tanquā in sole: quia vobis timentibus nomen meū orietur sol iusticie. Malach. iiij. Secundo in eius matre pariente tanq̄ in luna: quia est quasi aurora consurgens pulchra vt luna. Canticor. vi. ca. Tertio in angelis eum ānūciantibus tanq̄ in stellis quia stelle manentes in ordine suo. Iudic. v. capi. Quarto in hoīb⁹ eū recipientib⁹ tanq̄ in terris. q̄r terra es et in terrā ibis. Gene. iij. B Primum signum apparuit hodie in sole. Quid per solem intelligitur nisi dei filius qui singulariter in celis: id est in angelis lucet. In terris radios emittit quia in iustis et peccatoribus fulget. licet autem sol sit splendore lucis diffusus et vix attingibilis: quantitate maximus et intractabilis: tamen in speculo videt clarissime et portatur facillime. Sic licet dei filius sm̄ se sit candor lucis eterne. vt habet. Sapien. vij. Et lucem habitet inaccessibilem. vt dicit. i. Thymo. vi. Et licet sit ita magn⁹ vt magnitudinis eius non sit finis. vt dicit in Psal. Tamen in speculo nostre carnis assumpte hodie clarissime videtur et attingit. Ioh. i. cap. Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre. et a puella facillime portatur. quia quem celi capere non poterāt tuo gremio contulisti. Recte ergo assimilatur soli. In sole autem sunt duo. Primū est quia nunq̄ retrocedit. Secundum est q̄ nō recipit lumen ab aliquo sidere. sed eis influit

lucem. Et si oppositum istorum inueniretur esset nimis mirabile. Sed hodie fuerunt opposita istorum in nostro sole. Primo sol hodie retrocessit: quia filius dei qui erat angelis et hominibus superior: hodie est paulominus ab angelis minoratus. Exinaniuit enim semetipsum, formã serui accipiens: habitu inuentus vt homo. Phil. ij. Ecce quantum retrocessit vt dominus sit factus seruus: vt magnus sit paruus factus: vt antiquus sit factus nouus: quia paruulus datus est nobis. in cuius figuram dicitur. Esa. xxxviij. Q sol retrocessit in horologio achaz per decem lineas: in signum curationis Ezechie regis. Nam per horologium designatur totũ vniuersum creaturarum contentiuũ. Sol retrocessit ad decimam lineam: quia ad humanam naturam peruenit dei filius assumendam: que est decima in ordine creaturarum intelligibilium computatis nouem ordinibus angelorum. Hec retrocessio: id est filij dei in humanitate apparitio facta est vt homo qui est rex et dominus suorum actuum sanaretur ab infirmitatibus originalis et actualis culpe. Secundo sol hodie radium retraxit: imo a stella lumẽ recepit: quia dei filius hodie natus non diffudit: sed a stella lumen recepit: quia a beata virgine de qua dicitur. Nume. xxiiij. Orietur stella ex iacob. A beata inquam virgine velut a stella cibatur lactatur nutritur. Iuxta illud quod cantat ecclesia dicens. Concepisti virgo deũ paris lactas: nutris eum: pio prebens studio Et infra homo deum: stella solem: nata patrem: virgo prolem: antiquum iuuencula. Ergo iste sol noster videtur retraxisse radios suos ita vt videatur eclipsatus contra naturã in cuius figurã dicitur Apocal. vi. ca. Q sol factus est sicut saccus cilicinus. Saccus enim cilicinus est vile corpus nostrum quo iste sol hodie est amictus ex humanitate nostra assumpta. Secundum signum apparuit hodie in luna. Quid enim per lunam intelligimus nisi virginem gloriosam. Nam sicut luna est terre proxima inter planetas per influentiam. Sic beata virgo est terrenis et peccatoribus proxima per clementiam. Sicut enim in luna coniunguntur due partes multum distantes: sic in virgine gloriosa coniunguntur due perfectiones opposite: scilicet virginitas et fecunditas. ergo beata virgo comparatur lune. In luna autem sunt duo secundum naturam. Primo quod est a sole multum elongata secundum situm quia est in alia sphera. Secundo quod licet habeat claritatem semper tamen habet aliquam obscuritatem quia modo est diminuta modo perfecta modo clara modo obscura semper tamen habet aliquid obscuritatis. Sed hodie fuerũt opposita istorum in nostra luna Primo hodie luna est facta propinquã soli et in eodẽ celo et sphera coniuncta: quia dei filius qui est sol extitit in virginis gremio. et ambo manẽt in eodẽ habitaculo. Iuxta illud. Abacuch. iij. Sol et luna steterũt in habitaculo suo. Secundo hodie luna apparuit sine diminutione perfecta quia sine violatione integra. propter quod ioseph sponsus eius voluit occulte dimittere eã Math. i. et ps. lxxxviij. Thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in eternum. Iste thronus est vterus beate virginis. Tertium signum apparuit hodie in stellis. Quid per stellas que habent claritatem et multiplicitatem intelligimus nisi angelos: quia fulgent cognitione et sunt complures specie. In stellis autem sunt tria. Primo situs proprietas. Nam quelibet stella habet suam situationem. Secundo gradus nobilitas quia vna est nobilior alia. Tertio effectus singularitas quia a sole singulariter illuminatur. Sed hodie fuerũt opposita istorum in angelis. Primo hodie mutauerunt naturalẽ situm: quia angeli qui in celo habent proprium situm et officiũ sicut stelle hodie fuerunt congregati. vnde dicitur Luce. ij. Facta est cum angelo multitudo celestis exercitus. quando autẽ stelle congregantur sicut fit in constellationibus: signũ est alicuius magni euentus et mirabilis. ideo dicitur Iob. xxxviij. Nunquid coniungere valebis micantes stellas pliades etc. Ita hodie quia ãgelorum multitudo facta est quod alias est inauditum. ideo est signum mirabile: quia magni euentus: scilicet filij dei. ideo dixit vnus illorum angelorum. Annuncio vobis gaudium magnum: quia natus est hodie saluator mundi. Secundo stelle perdiderunt hodie suum gradum nobilem: quia angeli qui natura et gloria homines excedebant: ita vt ab homine se permitterent adorari. vt patet. Iudic. sexto capitulo Hodie quia dei filius paulominus est ab angelis minoratus homo est super angelos sublimatus qui non permittunt se ab homine adorari. vt patet. Apocalips. vigesimo secundo capitulo. Tertio stelle hodie amiserũt suũ proprium actum: quia angeli qui sunt stelle illuminant solem ideo influũt in eum

Cum antea ab eo illuminarentur. Nam angeli seruiunt isti puero benedicto nõ necessitate sed humilitate. vt ptz Math. iiij. Et ecce angeli accesserunt ꝛ mistrabant ei. Et Luce. xxij. Angelus dñi descendit cõfortans eũ ꝛc. Quartum signũ apparuit hodie in terris. i. in homib' de terra factis. Ante filij dei incarnationez erant tria in homib'. Primo erant ydolatre ꝛ ydolatrie dediti. Secundo erant inter se praua pace confederati. Tertio erant a deo per peccatũ diuisi. Sed hodie apparuerunt opposita istorum. Primo hodie in terris est ablatus ydolatrie cultus ꝫm vaticinium. Esa. ꝓphete: quia omnia ydola corruerunt. Exemplum habemus de octauiano qui noluit adorari tanꝙ deus a romanis. Sz huic puero obtulit thura. vt ptz in legẽdis. Secũdo hodie in terris reformata ẽ pax praua q̃ est hodie ablata. Exemplũ de templo pacis perpetuo quod hodie corruit. cum virgo peperit. quia ille venerat qui est pax vera: vt tolleret pacem iniquaz. reformauit enim pacem inter deuz ꝛ homines: inter angelos ꝛ homĩes: inter hoĩem ꝛ hominez. Iuxta illud pauli ad Ephes. ij. Ipse est pax nostra qui fecit vtraqꝫ vnũ: ideo cantauerũt angeli hodie. Gloria in excelsis deo ꝛ in terra pax hoibus bone volũtatis. Et fons olei erupit rome ꝛ vsqꝫ in tyberim fluxit. vt dicit in legendis. Per o'eum signaſ mĩa ꝛ pax.

Tertio hodie in terris cõdẽnatus est act' illicitus sodomie: q̃ sodomite oẽs extincti hodie fuerunt. vt habeſ in legendis. Ita vt vere possit dici de eo illud psal. Tu es deus q̃ facis mirabilia. Notam fecisti in pp̃lis virtutem tuam ꝛc. Et sicut dixit btũs Aug. in sermone super illo verbo. Math. iiij. Duct' est iesus in desertũ ꝛc. P. Cum dyabolus videret dei filium per tanta miracula percrãtũ voluebat secũ vt arbitror: atqꝫ admirãs dicebat. Quis est iste qui nesciente me hũc ingressus est mundũ? Noui quidem q̃ de femina natus est: sed nescio vnde cõceptus. Ad est ecce mater: sed patrẽ inuestigare nõ possum. Partuz video: sed non cognosco nascẽtem. ꝛ quod stupori meo accrescit incõsueta lege pariendi edito filio mater exultat vt virgo. En iacet in cunabulis paruulus: infũdit lachrymis vultum: similemqꝫ esse mortalium vagitus prodit. Et cum nihil ei de infantia desit: nulla tamen est illi velut infanti corruptio. Pannis obsitus sordet: ꝛ celũ illi radio stelle letioris arridet: atqꝫ in honorem ipsius ministrantes etiam angeli inter sydera terrasqꝫ concurrũt: exultantes annũciant quam non intelligo nouitatem. Quid hoc miraculi? Video qd̃ aduertere nequeo Audio: quod sustinere non possum: vt homo natus honoretur vt deus. A seculis nũꝙ id mihi contigit vt quisꝙ nasceretur homo qui humani vicij nihil haberet. Que hec tam noua potensqꝫ generatio est? Inter peccatores ꝛ impios natus: mortali etiam de matre progressus: purgatior est cunctis nascentibus: ipse mihi celo purior apparet. Auaricie in eo radix nulla consurgit. nulla cor eius pulsat inuidia: nescit eius lingua loqui mendaciũ: oculi eius concupiscentiam non admittunt. nulla aurium voluptate mollit: luxuries certe per quam mihi humanuz subiedi genus: pectus eius non potest penetrare: nulla illi iactantia inest: nulla malicia. Et quid plura? Nihil in eo reperio quod me delectet: oẽs meos conatus euacuat. quid agã quo me conuertam? En fortiorem me illum esse sentio. Arbitror illum meo in regno velle regnare: nisi forte deus est iste quem nullum potest maculare delictum. Sed si deus esset quomodo indignitatez partus feminei sustineret: quomodo esset cuna pannisqꝫ cõtentus? Quis hec credat: infantie vagitus video cui non audienti ridiculum est deum femineo lacte nutriri? Post omnia ecce esurit cum esurire deum ratio nulla persuadeat. Ignorabat nimirum dyabolus ꝙ q̃ xp̃us indumenta preferebat infantie: ꝙqꝫ esuriebat vt homo: non erat fragilitatis corporee: sed celestis gratie sacramẽtum. Dei eñ filius cui cũ sempiterno patre intẽporalis constat eternitas: q̃ cum suo genitore naturaliter impassibilis incorrupto regnat imperio: egit in carne nostra salutare mysterium Et ob hec cõionem subijt passionũ: vt inimicum generis humani hoĩs certamine triumpharet. hec ille. I Tunc dyabolus conatus est seminare multos errores circa diuinitatem christi. Unde adinuenit quosdam homines qui videbantur opinione vulgari magne sanctitatis ꝛ per eos seminauit errores illos vt sic retraheret homĩes ceteros a fide iesu christi dubitans ne tam presto admitteret dñiam super humano genere. Primus fuit Paulus hereticus qui dicit xp̃um non fuisse ante gloriosam virginem mariaz

matrē eius: sed qñ ɔcept⁹ est tūc incepit esse. ido negabat xp̄z eē verū deū. Ponebat eñ xp̄m esse purā creaturā. Unð. xxiiij. q. iij. ca. Quidā autē heretici. §. Pauliani dr. Pauliani a paulo samotano exorti sunt ꝗ dixit nō semꝑ fuisse xp̄z: ſ a maria sumpsisse initiū. h ibi. Secund⁹ fuit noet⁹ heretic⁹ ꝗ dixit ꝙ ꝑsona filij nō est alia a ꝑsona patris: sed eadē ꝑsona noiaꝭ diuersis noib⁹ ſm diuersos respect⁹. Nam de⁹ ꝓut fecit creaturas ꝛ eas gubernat vocaꝭ pat: ꝓut xp̄o assumpsit carnē de virgine vocaꝭ filius: ſ vt sanctificauit creaturas vocaꝭ sp̄ussctūs. vt habeꝭ ibidē. §. Noetiani. vbi dr. Noetiani quoqꝫ a quodam noeto vocati ꝗ dicebāt xp̄m eūdē esse ꝛ patrē ꝛ sp̄umsctm ipamqꝫ trinitatē in officioꝝ noib⁹ nō in ꝑsonis accipiūt. Un̄ ꝛ patripassiani vocanꝭ qꝛ patrē passum dicunt. hec ibi. Idē habeꝭ. §. Sabelliani. Terti⁹ fuit aetius heretic⁹ ꝗ dixit. ꝙ sicut ꝑsona filij est distincta a ꝑsona pr̄is. ita etiā essentia filij est distincta ab essentia pr̄is: ita ꝙ sicut distinguanꝭ ꝑsonalr̄ ita distinguanꝭ essentialr̄. vt habeꝭ ibidē. §. Aetiani ꝛc. Quart⁹ fuit error quorūdā gentiliū ꝛ paganoꝝ. vt recitat Crisostom⁹ ꝗ fabulanꝭ ꝙ fili⁹ est verus sed insurrexit ɔtra patrē ꝛ fact⁹ est ei aduersari⁹ ꝛ ita separat⁹ ē ab eo neqꝫ simul ꝑmanet ꝛc. Quint⁹ fuit manicheus heretic⁹ ꝗ dixit ꝙ vn⁹ de⁹ s. bon⁹ fecit sp̄ualia ali⁹ vero s. dyabolus fecit corporalia quē secut⁹ Auicē. dixit xj. methaphi. ꝙ de⁹ fecit pmā intelligētiā ꝛ pma creauit secūdā ꝛ sic deinceps vsqꝫ ad q̄rtā: ꝗ quarta intelligētia creauit aīaꝫ celi: ꝛ ista aīa creauit ista infer ora. vt habetur xxiiij. q iij. ca. Quidā aūt heretici. §. Manichei. ꝛ. §. menādriani. Sext⁹ fuit auerroys cōmētator ꝗ dixit ꝙ de⁹ nō intelligit distinctim ista singularia: qꝛ cū sint vilia tūc intellect⁹ diuin⁹ vilesceret: sed intelligit ea i rationibus cōmunib⁹. vt dicꝭ xi. methaphi. Septimus fuit eliphaz themanites ꝛ rabi moyses ꝗ dixerūt ꝙ de⁹ nō habet ꝓuidentiā singulariū ceteroꝝ (?) corruptibiliū: dicētes illud Iob. xxij. Nubes latibulū eius circa cardines celi ambulat nec nostra considerat. Ideo democritus ꝛ leucipp⁹ dixerunt mundū casu factum vt recitat ph̄s°. ij. phisicoꝝ. Octauus fuit error iudeorum ꝛ phariseoꝝ qui dixerunt xp̄m peccasse Unde dicebant Ioh ix. Nos scim⁹ quia hic homo peccator est. Uidebaꝭ eñ eis ꝙ xp̄us esset trangressor legis: cū diceba nt sabbatū nō custodire. Nonus fuit error eorūdē qui credebāt iohānē baptistam esse xp̄m ꝛ messiaꝫ in lege ꝓmissum. Unde miserūt ad eū sacerdotes ꝛ leuitas vt interrogarent eū. Tu ꝗs es: ꝛ cōfessus est qꝛ nō sum ego xp̄s. Ioh. i. Decim⁹ fuit pelagius ꝛ error quorūdā hereticoꝝ ꝗ dixerūt ꝙ hō nō potest eleuari ꝑ xp̄m ad hoc vt sit fili⁹ dei per adoptionē: ꝛ ꝑ cōseqn̄s ꝑticeps felicitatis eterne glīe vt deū per essentiā videat ꝛc. Unde. xxiiij q iij. c. Quidā aūt. §. Pelagiani a pelagio monacho exorti. Hij liberū arbitriū diuine gratie anteponūt dicētes sufficere voluntatē ad implēda diuina iussa. hec ibi. Undecim⁹ fuit appelles hereticus qui dixit xp̄m assumpsisse corpus fantasticū. vt habeꝭ. xxiiij q iij. c. Quidā aūt. §. Appellite vbi dicꝭ sic. Appellite quoꝝ auctor appelles fuit qui dixit xp̄m nō deū in veritate sed hoīeꝫ in fantasia apparuisse. Et sanct⁹ Thomas. iiij. lib. cōtra gentiles. xxix. ca. dicit sic. Fuerunt aūt ꝛ alij qui veritate incarnatōis negata quandā fictitiā incarnatōis similitudinē introduxerūt. dixerunt eñ manichei dei filiū nō verū corp⁹ sed fantasticū assumpsisse. vnde nec verus hō esse potuit sed apparens: adducētes illud qꝺ dicit ap̄ls ad Roma. viij. Deus misit filiū suū in similitudinē carnis peccati. Et ad Philip. ij. In similitudinē hoīm factus ꝛ habitu inuent⁹ vt hō ꝛc.

Duodecim⁹ fuit valentin⁹ heretic⁹ qui dixit xp̄m assumpsisse corp⁹ celeste. Un̄. xxiiij. q. iij. ca. Quidā aūt. §. Ualentiniani dicitur sic. Ualētiniani a valentino quodā platonico sectatore vocati xp̄m de virgine nihil corporis assumpsisse sed per eam q̄si per fistulam trāsisse asserunt. hec ibi. Sicut. s. aq̄ (?) trāsit per fistulā. Et sanct⁹ Thomas iiij lib. contra gētiles. xxx c. dicit sic. Ualētinus eñ dixit ꝙ xp̄s nō terrenū corp⁹ habuit: sed de celo portauit ꝛ ꝙ nihil de virgine matre accepit sed per eā quasi per aqueductū trāsfluit. Occasionē aūt sui erroris accepit ex hoc qꝛ dicꝭ Ioh iij. Nemo ascendit in celū nisi qui descendit de celo. Et iterū. Qui de celo venit sup oēs est. Et infra. vi. c. dicit xp̄s descendi de celo non vt faciā voluntatē meam sed voluntatē eius qui misit me. Et. i. Cor. xv. Primus homo de terra terren⁹: secūdus homo de celo celestis. Tertiusdecim⁹ fuit appollinaris hereticus qui vt dicit sanctus Thomas eodē li. xxxi. c. dixit aliqꝺ verbi dei in carnē fuisse cōuersum. qꝛ illud Ioh. i. Uerbum caro factuꝫ est: sic intelligendū putauit

quasi ipsum verbū sit conuersum in carnem sicut intelligit̄ illud quod legitur Joh.ij. Ut autē gustauit architriclinꝰ aquā vinū factū qđ ea rōne dicit̄ quia cōuersa est aqua in vinum: alias fuisset fictio ⁊ non vera cōuersio quod est falsum. Quartusdecimꝰ fuit arriꝰ hereticus qui dixit xp̄m non habuisse aīam rōnalē: sed ꝙ loco anime fuit diuinitas. De q̄. xxiiij q.iij.c. Quidā aūt. §. Arriani ab arrio alexandrino presbytero exorti sunt qui coeternū patri filiū nō agnoscēs diuersas ī trinitate substātias asseruit: cōtra illud qđ dn̄s ait. Ego ⁊ pater vnū sumꝰ. Et sanctus Thomas.iiij.lib.contra gentiles.xxxij.ca.dicit sic. Posuit enī arrius ꝙ in xp̄o non fuit aīa: sed loco eius diuinitas fuit ⁊ solam carnem assumpsit. ⁊ ad hoc ponendū necessitate quadā videtur fuisse inductus. Cum enī vellet asserere ꝙ filius dei sit creatura ⁊ minor patre ad hoc ꝓbandū illa scripturarum assumpsit testimonia: que infirmitatē humanam ostendunt in xp̄o. Et ne ab eius ꝓbatione deficeret non s̄m diuinā naturā humanam ꝯuenire: nequiter aīam remouit a xp̄o: vt cū quedā corpori humano cōuenire non possint sicut ꝙ miratus est: ꝙ timuit: ꝙ orauit: necessariū fuit in ip̄z filiū dei minorationem inferre. Assumpsit autē ad sue positionis assertionē illud Joh.i. Uerbum caro factum est ex quo inferebat ꝙ solam carnem verbū assumpserit: non autē aīam. ⁊ in hac positione etiā appollinaris secutus est eum.

Quintusdecimꝰ fuit nestorius. de quo dicit̄ xxiiij.q.iij.c. Quidā autē. §. Nestoriani a nestorio constantinopolitano ep̄o nuncupati qui beatā virginē mariā nō dei s̄ hoīs tātū modo matrē asseruit: vt aliā personā carnis aliā faceret deitatis nec vnū xp̄m in v̄bo dei ⁊ carne credidit sed separatim atq̄z seiunctī alterū filiū dei: alterū filiū hoīs predicauit hec ibi. Et sanctꝰ Tho.iiij.lib.cōtra gentiles xxxiiij.c.dicit. Nestoriꝰ dicit ꝙ aīa humana ⁊ corpꝰ humanū naturali vnione cōuenerūt in xp̄o ad cōstitutionē vniꝰ hoīs eiusdē speciei ⁊ nature cū alijs hoībꝰ ⁊ ꝙ in hoc hoīe deꝰ habitauit sicut in tēplo suo.s.ꝑ grām sicut in alijs hoībꝰ sanctis. Unde dr̄ Joh.xx. Et ipse dixit iudeis. Soluite templū hoc ⁊ in tribus diebꝰ reedificabo illđ. Ipse aūt dicebat de templo corporis sui. Et ex hoc secuta est quedā affectualis vnio int̄ hoīem illū ⁊ deū dū ⁊ hō ille bona sua volūtate deo inhesit ⁊ deꝰ sua volūtate illum acceptauit. Joh.viij. Qui me misit mecū ē ⁊ nō reliquit me solum q: q̄ placita sunt ei facio semꝑ. Sz q: in illo hoīe maior plenitudo grē fuit q̄ in alijs hominibꝰ sanctis fuit pre ceteris templū dei ⁊ arctiꝰ deo s̄m affectū vnitꝰ ⁊ singulari quodam ꝑuilegio diuina noīa participauit: ꝓpter hanc excellentiā grē cōstitutꝰ est in participationē diuine dignitatē ⁊ honoris.s. vt coadoretur deo. vnde ⁊ beatā virginē non matrē dei vel verbi dei: s̄ matrē xp̄i nominandam esse dicūt. hic ē error eoꝝ vt pz. Sextꝰdecimꝰ fuit eutbices hereticꝰ de quo dicitur xxiiij.q.iij.c. Quidā autē. §. Eutbiciani dicti ab eutbice ꝯstātinopolitano abbate q̄ xp̄m post humanā assumptionē negauit existere de duabꝰ naturis s̄ solā in eo diuinā asseruit esse naturā. hec ibi. Et sctūs Tho.iiij.li.contra gētiles.xxxv.c.dicit sic. Eutbices enī vt cōtra nestoriū vnitatē ꝑsone saluaret, dixit in xp̄o esse etiā vnā naturā: ita ꝙ q̄uis ante vnionem essent due nature distincte .s. diuina ⁊ hūana: in vnione tn̄ coierūt in vnā naturā: ⁊ sic dicebat xp̄i ꝑsonā ex duabꝰ naturis subsistere: ⁊ sic decidit in syllam cupiēs vitare caribdim. Decimusseptimꝰ fuit error quorundam hereticoꝝ q̄ vocant̄ serbiani. de q̄bus dicit̄.xxiiij.q.iij.ca. Quidā aūt. §. Serbiani nomē acceperūt a filio ade q̄ vocatꝰ est seth dicentes eundē esse xp̄m. Decimusoctauꝰ fuit bonosꝰ hereticꝰ. de quo dr̄ ibidē. §. Bonosiani a bonoso quondā ep̄o exorti ꝓduntur q̄ xp̄m filiū dei adoptiuū nō ꝓpriū asserūt hec ibi. Idē habet̄ de ꝯse.dist.iiij.c. Hij vero

habuit strennuitatē in suo congressu. Nā sicut viri strēnui sunt solliciti de armatura cuȝ qua certant cōtra inimicū: ita xp̄us in vtero virginis, hūanitatem nrām: sicut armaturā fabricauit cū q̄ postea congressus est cū inimico seuissimo. Secūda ꝓprietas est: q2 gigas habet magnitudinē in excessu. Mensura quippe gigantū excedebat modū q̄titatis humane. Unde deutro. iij. dic. Solus quippe og rex basan restiterat de stirpe gigantuȝ et mōstratur lectus ei9 ferreus noue cubitos habens longitudinis et q̄ttuor latitudinis. Ideo dicebāt exploratores. Numeri xiij. vidimus mōstra quedā de genere giganteo: q̄bus cōparati quasi locuste videbamur. Sic xp̄s in sua incarnatione habuit magnitudinem in suo excessu. Q2 licet in sui cōceptiōe corpus ei9 fuerit minimū q̄d vnq̄ fuerit cōceptum et aīatum: eo q2 plus habuit de tēpore augmēti cū statim fuerit aīatuȝ: tn̄ fm q̄titatem virtutis et ꝑfectionis virilis. ita magn9 fuit in instanti sue cōceptionis sicut tēpe passionis. Tertia ꝓprietas est: q2 gigas habet fortitudinē in suo conatu. sicut em̄ magnitudo: ita fortitudo ei9 excedit modū hūane fortitudis. ps. Gigas nō saluabit i multitudine virtutis sue. i. fortitudinis sue. Patet de nemroth qui fuit gigas fortissim9 Gene. x. tn̄ deiectus. Sic xp̄s habuit fortitudinē in suo effectu: q2 existēs in matris vtero totū mundū cōseruabat sicut sedens ad dexterā patris. Hanc fortitudinē demōstrauit qn̄ in vtero virginis vnū hoīem fecit qui tantū posset q̄tum tota trinitas simul Joh. i. plenū gratie et veritatis. Quarta ꝓpetas est: q2 gigas habet diuturnitatē in suo statu. Quāto em̄ eius virtus est efficacior: tanto ē durabilior fm nature cursum. Un̄ Gen̄. vi. dr. q2 qn̄ erat etas hominū lōgeua: tunc gigantes erant sup terrā. de quib9 dicit ibidē. Isti sūt potētes a seculo viri famosi. Sic xp̄s habuit diuturnitatē in suo statu: q2 diuti9 in vtero virginis q̄ aliquis hoīm in vtero sue matris mansit. Nam a cōceptione p. xlvi. dies fetus nō est aīatus: sed xp̄s in p̄io instāti sue cōceptionis fuit aīatus et sic per. xlvi. dies plus ceteris mā sit: vt dic damascenus. Quātū ad scdm̄ iste gigas exultauit in matris vtero. q2 mox vt ei9 aīa fuit corpori infusa fuit et btificata. ideo exultauit gaudio beatifico. Luc. ij. Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Quātum ad tertium: iste gigas cucurrit duas vias. prima fuit a celo in vterū virginis sicut radius solis vbiq̄ spargit per hemisphēriū nr̄ȝ in momento. scd̄a fuit ab vtero in mundū sicut vox ab ore deferēs mentis conceptū: sic verbi diuinitas humanitate quasi voce circūamicta erat. Quantū ad quartū: iste gigas egressus est a sūmo celo. i. a sūma ierarchia scē trinitatis nē angelus putaret. Ecce lr̄a a. quia ista natiuitas fuit annūciata. D Secūda littera designans scdm̄ lapidē preciosum in dyademate humanitatis pueli nr̄i iesu hodie nati est B. quia ista sacratissima natiuitas est beatificata. In scriptura sacra legim9 quattuor natiuitates xp̄i. Prima est eťnalis fm quaȝ verbū patris egreditur. ps. Ex vtero an̄ luciferū genui te. Secūda est intnalis fm quā natus est in vtero virginis. Matthei. i. Qd̄ em̄ in ea natū est de spū sancto est. Tertia est tēporalis fm quā natus est ex vtero matris. Luc. i. Qd̄ em̄ ex te nascetur sanctū etc.

Quarta est sacramentalis fm quā baptisat9 est a iohāne Mat. iij. Tūc em̄ xp̄s fuit renat9 sacris: vt dr Amb. de hac natiuitate dr Jo. iij. Nisi qs nat9 fuerit denuo nō pt̄ introire i regnū dei. Sȝ q2 nūc loqmur de tria natiuitate. Sciēdū est q2 ista tpālis imitat illā eťnalē in quattuor. Primo: q2 vtraq̄ est totalis. Nā sicut filius eternaliter totā suam substantiā habet a patre nō partialiter: sic tēporaliter totā subam humanitatis xp̄us a matre suscepit. Gal. iiij. Misit de9 filiū suū factum de muliere. Scd̄o q2 vtraq̄ est singularis. Nā sicut i generatōe eternali xp̄s ē de solo patre sine matre: ita in tpāli est de sola matre sine patre. Und̄ origenes in homel. sup illo xbo. Cū esset despōsata mater iesu etc. dic sic. Mr ei9 cui9 ē. Mr vnigeniti dei dn̄i et regis oīm plasmatoris et creatoris cunctorū. illi9 qui est in excelsis sine matre: et in terra ē sine patre etc. Tertio q2 vtraq̄ est xbal. Nā sicut pater de sua substātia genuit verbū sibi consubstātiale: sic xp̄i cōceptio est ministrata verbo. Un̄ ecclesia cantat. intacta nesciens virū verbo concepit filiū. Quarto: q2 vtraq̄ est incōprehensibilis. Null9 em̄ intellectus ex puris naturalib9 potest augeri ad cognoscendū hui9 geīne natiuitatis sacrm̄. Un̄ Bernard9 in quodā smōe exclamat. O venter capacior celis: diffusior terris: latior elemētis: qui illū cōtinere valuit quē tot9 mūdus cōprehendere nō potuit. hec ille. Et sic patet. E Tertia lr̄a designans tertiū lapidem p̄ciosum in corona hūanitatis iesu xp̄i

hodie nobis nati est. ¶ Quia ista sacratissi-
ma natiuitas est cõsecrata. de quo Bern. in
quodã sermone dic sic. O natiuitas illibata
sanctitate honorabilis: mũdo amabilis: ho-
minib' collati beneficij magnitudine inesti-
gabilis: & angelis sacri profunditate mysterij
& in his oibus admirabilis excellẽtia noui-
tatis: vt pote que nec primã siles visa es nec
habere sequẽtem. O part' sine dolore: solus
nescius pudoris: corruptõnis ignarus: non
reserãs sed cõsecrans tẽplum vteri virgina-
lis hec ille. Huĩ' natiuitatis cõsecrationẽ de-
clarat. ps dicẽs sic In sole posuit tabernacu-
lũ suũ & ipse tanq̃ sponsus pcedens de tha-
lamo suo. Ubi duo demõstrat. Primo icar-
nationis mysteriũ. Scdo natiuitatis fasti-
giũ. Quãtũ ad primũ videda sunt tria. Pri-
mo quid p solem intelligit. Scdo quid p ta-
bernaculũ exprimit. Tertio quõ in sole istõ
tabernaculũ ponit. Primũ dclarat qm p so-
lem xpi diuinitas significatur. Nã sicut sol il-
luminat oia sydera & corpora supercelestia
q̃ de sui natura sunt opaca: ita deitas radio
sue claritatis beatificat oẽs sanctos qui sunt
in celo empireo ad modũ syderũ ipsũ ornã-
tes. de isto sole dr. Eccl. xlij. Sol illuminans
per oia respexit & gloria dñi plenũ est opus
eius. ¶ Quantũ ad scdm. s. de tabernaculo.
Sciendũ q per tabernaculũ signat xpi hu-
manitas figurata multipliciter p tabernacu-
lũ federis vt habet Heb. ix. Et maxime figu-
ra quadrupli. Prima qr illud tabernaculũ
fuit vnctiõis oleo cõsecratũ: vt habet exodi.
xl. Sic xpi humanitas vnctione spũs sancti
cõsecrata est iuxta illud Esaye. lxi. ca. Spũs
dñi sup me eo q vnxit me &c. Et ps. Unxit
te deus deus tu' oleo leticie pre participib'
tuis. Scda qr sicut illud tabernaculũ fuit di-
uina maiestate repletũ. Exodi. xl. Operuit nu-
bes tabernaculũ testimonij & gloria dñi re-
pleuit illud Paulus Colo. ij. In quo habitat
oĩs plenitudo diuinitatis corporaliter. Tertia
qr sicut in ille tabernaculo fuit sanctũ sancto-
rũ collocatũ. Sic xps dr sanctus scõr: vt ha-
bet daniel. ix. Quarta: qr sicut illud taberna-
culũ dicebat federis. Sic xpi hũanitas est p
quã fit reconciliatio mundi ij. Cor. v. Deus
erat in xpo mũdũ recõcilians sibi ¶ Tertiũ
declarat qm hũanitas posita est in diuinita-
te q̃tuor modis potius q ecõuerso. Primo
sicut in substantificante. Nam in hac sacratis-
sima vnione diuinitatis cum humanitate di-
uinitas retinuit propriam personalitatem
sed nõ humanitas. Sic ergo humanitas est
in diuinitate: qr assumpta est ad personalitatẽ
& subsistentiam diuinitatis xpi sicut lux ẽ in
sole. Secũdo sicut in excedente. Nam quan-
do aliqua duo cõiungũtur: quorũ vnũ exce-
dit reliquũ. Melius est excessum in exceden-
te q ecõuerso sicut vinum in vegete. Sed in
hac sacratissima vniõe diuinitas excedit hu-
manitatẽ xpi. Ideo humanitas ei' est in di-
uinitate. Tertio sicut in preexistẽte. Nam
qñ aliqua duo cõiũgũtur quor vnũ pexistit
& reliquũ aduenit. Melius est aduenies in
preexistẽte q ecõuerso: sicut melius est for-
ma in materia q ecõuerso. Sed in hac scis-
sima vnione diuinitas est preexistẽs et hũa-
nitas adueniens. Ideo hũanitas est in
diuinitate potius q econuerso. Quarto si-
cut in nobilitante. Nam in hac sacratissima
vnione fuerunt duo mot' vnus quo diuini-
tas descendit & inclinata est ad humanitatẽ
Et iste arguit ignobilitatem. Phil. ij. Exin-
aniuit semetipsum formã serui accipiens. Ali-
us est quo humanitas ascẽdit ad vnionem
cum diuinitate & iste arguit nobilitatẽ. Un
apls vbi supra dicit. De' exaltauit illũ & do-
nauit illi nomen qd est sup omne nomẽ. Et
qr denoiatio fit a nobiliori. Ideo dic ppha
In sole. i. in diuinitate posuit tabernaculum
suũ. i. humãitatẽ suã vt demõstraret excellẽ-
tiam nature humane. Sic pz incarnationis
mysteriũ ¶ Quantũ ad natiuitatis fastigium
videnda sunt tria. Primo quis est iste tha-
lam'. Secũdo quis est iste sponsus. Tertio
quõ pcedit de thalão suo tanq̃ spõsus ¶ Pro
primo sciendũ q iste thalam' est sacratissi-
mus virginis vterus cõsecrat' filio dei ho-
die nobis nato qui habuit q̃tuor prerogati-
uas excellẽtes. Prima est qr fuit optime fir-
mat'. Qñ enĩ dom' est ruinosa nullus sapi-
ens eã ingredit maxime si iminet periculũ
mortis ex ei' ingressu. Sed thalam' virgina-
lis vteri fuit firmiter edificat': qm ipsa i vte-
ro matris sanctificata & in gra confirmata.
ps. deus in medio ei' nõ cõmouebit. Se-
cũda est: qr fuit sufficiẽter illuminat'. Quã-
do enĩ dom' est obscura nullus sapiẽs igre-
ditur eam q̃ enim ambulat in tenebris nescit
quo vadat. Sz thalam' virginalis vteri fuit
sufficiẽter illuminat': qr cũ fides sit lumẽ ra-
tionalis aie ergo dei genitrix marie habuit
lumen. Luce. i. Beã q credidisti: qm pficien-
tur in te q̃ dicta sunt a dño. Tertia est quia
fuit sufficiẽter mũdatus. Qñ enĩ dom' ẽ sor-

dida nullus libēter ingredit̄ eam maxime si sit nobilis. Sed thalam⁹ virginalis vteri fuit purgatissim⁹: q: ab oī macula immunis. Vñ de ea dr. Canti. iiij. Tota pulchra es amica mea et macula nō est in te. Quarta ē q: fuit decenter ornatus. Quādo eñ dom⁹ est vacua nō est ydonea ad recipiendū hominē magne dignitatis. Sed thalam⁹ virginalis vteri fuit donis spūalibus multiplicit̄ ornatus. Luc. i. Spūs sanct⁹ superueniet in te ⁊ virt⁹ altissimi ⁊c. Et pp̄ter hanc cām dixit. ps. Et cōcupiscet rex decorem tuū. ¶ Pro scđo sciendū q̄ iste sponsus fuit dei filius q̄ fuit in vtero v̄ginis tāq̄ in thalamo desponsatus q̄ desponsatio est coniunctio nature hūane in natura diuina. Fuerūt eñ q̄tuor vniones. Prima nature dīne cū itellectu hūano osee. ij. Spōsabo te ī iustia ⁊ miseratio nib⁹. Scđa nature diuine cū aīa hūana ipi⁹ xp̄i. Tertia nature diuine cū carne. Johis. i. Uerbū caro factū est. Quarta nature dīne cū hūanitate: q: s̄m diuinitatē hūanitatē assūpsit pfectam. i. corp⁹ ⁊ aīam sil. Me vniones fuerunt indissolubiles iuxta illud Esa. xxxiij Oculi tui videbūt tabernaculū qđ nūq̄ trāsferri poterit, ⁊ funiculi ei⁹ nunq̄ rūpentur. i. iste vniões nūq̄ dissoluētur p̄ter quartā que fuit dissoluta in triduo mort̄ xp̄i: s̄ in resurrectiōe fuit repata vt dicit mgr̄ li. iij. sen. Iste vniones sūt tāq̄ copula matrimōialis. Cui⁹ rō est. Nā ad verū matrimoniū reqrit̄ expssio mutui cōsensus. Sz iste vniones nō fuerunt facte pri⁹ q̄ virgis ɔsensus fuit verbo expssus. Luc. i. Fiat mihi s̄m verbū tuū. Itez ad verū matrimoniū exigit̄ ori⁹ disparitas, nen eñ pūt ɔhere matrimoniū qui nō hūt distātiam originis s̄m parentelā. Sed iste vniones fuerūt iter naturas sūme distantes. ps. Simul in vnū diues ⁊ paup. Itē ad verum matrimoniū exigit̄ nexus idissolubilitas iuxta illud Mat. v. Quicūq̄ dimiserit vxorē suā excepta cā fornicatōis ⁊c. Sz iste vniões fuerūt idissolubiles. q: qđ semel xp̄s assūpsit nūq̄ dimisit s̄m damascenū. Sic ergo xp̄us fuit in vtero v̄ginis tāq̄ sponsus: q: ibi fuit cū nr̄a hūanitate quasi matrimonialr̄ cōiunct⁹. ¶ Pro tertio sciēdū q̄ alit̄ pgredit̄ hostis de thalamo ⁊ alit̄ spōsus. vñ nos qñ pgredimur de vt̄o matris nr̄e pgredimur tanq̄ hostis. Sz xp̄s pcessit de thalamo vteri virginalis tāq̄ spōsus: rō est. Nā hostis igressus thalamū. primo cōturbat thalamū. Sic qñ aīa ifundit̄ corpori nr̄o fet⁹ icipit cōturbare ⁊ molestare vterū matris nr̄e. Gen. iij. Multiplicabo erūnas tuas ⁊ pceptus tuos Sed xp̄s nō pturbat vterū virginis: sed letificat canti. vi. Ego dilecto meo ⁊ dilect⁹ me⁹ mihi qui pascitur inter lilia. Scđo hostis in thalamo plagat̄ eo q̄ habitatores thalami repēte insurgūt ɔ eum. Sic aīa qñ infundit̄ corpori vulnerat̄ pctō originali: sicut vinum suaue positū in vase infecto cōtrahit infectionē. Paul⁹ ephe. ij. Oēs nascimur filij ire: s̄ xp̄s nō vulnerat̄ in vtero mr̄is: s̄ pcti⁹ osculat̄. Can. i. Fascicul⁹ mirre dilect⁹ meus mihi: īter vbera mea cōmorabit̄. Tertio hostis de thalamo violēter expellitur tanq̄ res nociua ⁊ supflua. Sed xp̄s nō expellitur imo spōte egredit̄ sicut volūtarie morit̄ Jo. x. Potestatē hēo ponēdi aīaz meā ⁊c. Quarto hostis malignāter egredit̄: q: si portam clausā īuenerit nō aperiet sed frāget. Sic fetus egrediēs frangit p violentiā claustra pudoris. Unde in lege vocabatur adaperiēs vuluā. Sed xp̄s decenter de vtero pcessit non frāgendo claustra virginitatis: nō aperiēdo s̄ transeūdo Can. v. Pessulū ostij mei apui dilecto meo. Et ille declinauerat atq̄ trāsierat. Nā sicut radij solis emissi a sole subito transeūt p corp⁹ vitreū sine eius fractiōe: ⁊ vltra trāseuntes retinent eius colorem sine sui remissione. Sic xp̄us p virginē transiens ipsam icorruptā dimisit: ⁊ naturā suam qualē inuenit in ea assumpsit. Ideo clamat ps Emitte lucē tuā ⁊c. Quīto hostis expulsus iuste vitupatur ⁊ confundit̄: q: inhoneste ingressus est thalamum. Sic fetus egressus ex vtero vitupatur ⁊ cōtemnitur ab angelis ⁊ ab ecclesia iustoꝝ pp̄ter inhonestatē ⁊ turpitudinē pcti originalis. Sz xp̄s pcedēs ex vtero v̄gis fuit acceptat⁹. Can. viij. Quis mihi det te frēm meū vt īueniā te solū foris ⁊ deosculer ⁊ iā me nemo despiciat. Fuit etiā laudat⁹ ab anglis Luc. ij. Gloria i altissimis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ bōe volūtatis. Sic ergo xp̄s pcessit ex vtero v̄ginis tāq̄ spōsus de thalamo suo. Ecce tertia lr̄a s. E q̄ ē in corona xp̄i. ¶ Quarta lr̄a ē d q̄ designat quartū lapidē preciosum in corona hūanitatis xp̄i hodie nati. Qr ista sacratissima natiuitas ē dignificata. Vñ aug⁹. in sermōe de natiuitate dñi dic̄ sic. Redēptoris nr̄i pcursor testimoniū de ipso phibēs celsitudinē humanitatis ei⁹ pariter ⁊ diuinitat̄ eternitatē māifesta voce pnunciat dicens. Qui post me venit añ me fct̄s ē: q: prior me erat. in

eo nãq₃ ꝙ dicit. Ante me fact' est: sublimita
tē humanitatis eius que ceteris oībus crea
turis merito erat preferēda designat. Quod
eñ ait. Ante me nō ad ordinē tpis: ſʒ ad di
stātiā ptinet dignitatis. Juxta qđ de ioseph
filijs benedicente iacob scriptum est. Con
stituitq₃ effraim añ manassem vbi recte po
tuit dicere manasses: qui post me venit. āte
me fact' est: qui post me nat' est potētia me
antecessit. quēadmodū iohēs ď domio. Qui
post me inqt ventur' est .i. qui post me ad pre
dicandū ventur' est ante me factus est .i. cul
mine me regni ⁊ sacerdotij pennis antecel
lit. Quare aūt is qui post eū ventur' erat eū
dignitate antecelleret: aperuit cū subiūxit: qꝛ
prioꝛ me erat .i. qꝛ etern' ⁊ ante secula deus
erat. ppterea me licet posterioꝛ nat' tñ glo
riā majestatis etiā in assumpta humanitate
prebuit. hec ille. Hui' natiuitatis dignitatē
exp̄mit beata virgo dicēs Luce .ij. Susce
pit israel puerū suū recoꝛdat' mie sue .i. ver
bum diuinū suscepit israel .i. carnē ex semie
israelis .s. Jacob qui dict' est israel. Nā istud
verbū cepit in hoc cōposito suscepit pōt com
poni cū quattuoꝛ q̄ designāt dignitatē hui'
natiuitatis. Pōt eñ cōponi cū sub vt sit sen
sus sub se cepit israel puerū suū. Scđo pōt
cōponi cū subito vt sit sensus subito cepit is
rael ⁊c̄. Tertio pōt cōponi cū sursum vt sit
sensus sursū cepit israel ⁊c̄. Quarto pt cōpo
ni cū successiue vt sit sēs' successiue cepit isrl
Pro itellectu pmi sciēđ ꝙ ly. sub pt desiare
tria. s. suscipientis volūtatem: suscipiētis q̄d
ditatem: suscipientis psonalitatē. Si dicat
suscipiētis volūtatem tunc est sensus: ꝙ ver
bum sic humanitatē suscepit vt illa esset sem
per sub voluntate diuina: ⁊ nunq₃ sub xpiana
iuxta illud. No veni facere volūtatem meā
sed ei' qui misit me. ⁊ iterū. Que placita sūt
ei facio semꝑ. Ex quo infero quattuoꝛ con
clusiones. Prima cđo est ꝙ assumpta hūa
nitas stante vnione nūq̄ potuit peccare. pꝫ
qꝛ sub voluntate diuina nō pōt cadere pec
catū. Sed ista hūanitas semꝑ fuit sub volū
tate diuina stante vnione Mat. xxvij. Non
mea volūtas sed tua fiat. Scđa cđo est ꝙ
humanitas vnita verbo semꝑ merebat. pꝫ
qꝛ nunq̄ diuina volūtas est ociosa: sed illa
humanitas semꝑ volebat sub diuina volun
tate manere: ergo ⁊c̄. Tertia cđo est ꝙ hu
manitas xpi innūerabilib' virtutibus meruit i
finita. pꝫ qꝛ ex q̄ntitate volūtatis merētis q̄n
titas meriti designat: sed hec humanitas a
gebatur volūtate ⁊ charitate infinita: q̄ua
nō solum regebat: ſʒ etiā supposita bat: ⁊c̄.
Quarta cđo est ꝙ tot distinctis actib' xps
meruit premiū quot erant angeli beati ⁊ bti
ficandi hoīes pꝫ qꝛ xpi humanitas ꝑ omni
bus meruit ⁊ ꝑ quolibet qui fide ⁊ caritate
vult se participē esse meritoꝝ eius. Si
vero ly sub determinet quidditatē accipien
tis: tunc est sensus ꝙ v̄bū humanitatem sus
cepit: vt sub ea nobis appareret. Nā ſm di
uinitatē dr exo. xxxiij. Nō videbit me homo
et viuet. Et .i. Joh. iiij. Deum nemo vidit vn
q̄. Sed qꝛ desideriū humane nature ⁊ ma
xime sanctoꝝ patrū erat coꝛpoꝛeis sensibus
deū sentire: necesse erat si tale desiderium de
bebat impleri ꝙ verbū diuinū assumeret coꝛ
pus humanū rōnali aīa infoꝛmatū in vnita
tem suppositi. Ex quo infero quattuoꝛ cōclu
siones. Prima cđo est: ꝙ natura humana
nō fuisset cōplete beata si verbū diuinū non
assumpsisset carnē humanā. pꝫ quia coꝛpus
humanū nō habuisset in patria: vnde posset
beatificari obiectiue: ideo xps in carne loq̄ns
de beatitudine coꝛpoꝛis dic̄ Luce .x. Bti ocu
li qui vidēt que vos videtis. ⁊ Luc. xi. Beat'
venter qui te poꝛtauit ⁊c̄. Scđa cđo est ꝙ
verbū diuinū nō assumpsit coꝛp' fantasticū
pꝫ qꝛ res fantastica cum nō duret diu appa
rentia ei' nō beatificat Joh. vltimo. Palpa
te ⁊ videte qꝛ spūs carnē et ossa nō habet si
cut me videtis habere ⁊c̄. Tertia cđo ē ꝙ
xps nō assumpsit coꝛpus celeste. pꝫ qꝛ illud
caret sēsib' nec pōt esse obiectū beatitudis
coꝛpoꝛis nrī. Quarta cđo est ꝙ xps assū
psit coꝛp' humanū aīatum. pꝫ qꝛ tale est suf
ficiēs obiectū beatitudinis coꝛpis nrī Jo. x.
Jngredief ⁊ egredief ⁊ pascua inueniet ⁊c̄.
Si aūt ly sub determinet suscipiētis psona
litatem tunc est sensus verbum diuinū susce
pit humanitatē subsistens in psonalitate di
uina nō humana. Nā licet humanitas sibi ipi
relicta in alijs hoībus habeat ppꝛiam pso
nalitatem. tñ qꝛ humanitas verbo vnita est
ita supra se eleuata vt si sue relinqueret na
ture a supabundanti glia deitatis absoꝛpta
nō posset vti suis virib'. Sed verbū eam su
pra se eleuatā tenet ne cadat: cōfoꝛtat ne de
ficiat. Primū pꝫ de aplis in transfiguratiōe
xpi. de scđo dic̄ Leo papa in sermone de na
tiuitate dñi. Et tanto federe vtrāq₃ cōseruit
naturam: vt nec inferioꝛē cōsumeret gloꝛifi
catioꝛ nec superioꝛē minueret assumptio ⁊c̄.
Pro intellectu secūdi. Sciendū ꝙ verbum

suscepit .i. subito cepit israel puerũ suũ. Nam deus et natura nihil faciũt frustra. Cũ ergo deus sit agens infinite potentie: ideo subito et instanti facit quicquid facit. Iuxta illud. Qui viuit ineternũ creauit omnia simul. Sic ergo vbi deitas naturã humanã assumpsit subito et i instãti id fecit. Nam adunatio partiũ purissimi sanguinis quo formatũ est corp9 xpi organizatio ei9 sensuũqz distinctio: aie creatio ipius infusio illi9 humanitatis assumptio subito et i instãti fuerũt. Pro intellectu tertij sciendũ est qp verbũ suscepit .i. sursum cepit israel puerũ suũ. Nam pm9 hõ in sui creatione fuit altus quo ad sex .i. quo ad aĩam: quo ad innocentiã. quo ad locũ: quo ad intelligẽtiam: quo ad angelorum societatẽ. quo ad diuinam familiaritatẽ. Sed quo ad corpus erat infimus: qz de limo terre formatus: subito autem vt peccauit cecidit aĩa facta subdita carni: cecidit ab altitudine innocẽtie in profundũ culpe. cecidit ab altitudine loci ad vile stabulum brutorum: et amissa perceritate intellect9: cecidit in tenebras ignorantie. et qui fuerat socius angelorum subiect9 est gladijs inimicorum. et qui fuerat filius dei p creationẽ factus est filius dyaboli per imitationẽ. Uerbuz ergo diuinũ desursum descendẽs a patre: infima nostra sursum accepit. Inuenit eum in terra deserta in loco horroris et vaste solitudinis. circũduxit eum et docuit et custodiuit quasi pupillã oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos suos et sup eos volitãs expãdit alas suas et assumpsit eos atqz portauit in humeris suis. dñs solus dux ei9 fuit et nõ erat cũ eo de9 alien9. Hec eñi omnia impleta sunt p xpm. Nam verbũ liberauit animam a iugo seruitutis dyaboli carnis et mũdi quãdo eã sibi psonalit vniuit et formã viuendi tradidit sub libertate filiorum dei. Irẽ restituit innocentiã quã perdidit homo notatam in stola prima donata filio pdigo reuertenti et superaddidit anulũ desponsatiõis per fidem et calciamẽta sacramẽtorum cũ conuiuio celebri ac festiuo magne dignitatis hũane i eo qp empt9 est precio magno xpi. qui exulauerat a patria paradisi redijt ad patriã felicitatis eterne per eũ qui ascendẽs in altũ captiuam duxit captiuitatẽ. Preterea nõ solũ restituit intelligentiam depulsis tenebris ignorantie: sed etiam humiles piscatores fecit philosophorum doctores. Insuper cũ gen9 humanũ prius datũ esset necandũ ab angelis. nũc ipsi ãgeli genua flectũt hoi hoiemqz xpm adorant. Tandẽ restituit hoiem ad familiaritatẽ diuinã cũ conster deũ hoiem factum homib9 subditũ cũ hoib9 etiã familiarit cõuersatũ. Baruch. iij. Post hec in terris visus est et cũ homib9 conuersat9 est. Pro intellectu qrti sciẽdũ qp verbũ suscepit .i. successiue suscepit israel puerũ suũ ita qp ly successiue dicat determinationẽ tpis .i. qp verbũ in tempore quo voluit et vbi voluit et de qua psona voluit et eo ordine quo voluit suscepit p carnis vnionẽ israel puerũ suũ. Non eñi a pncipio mũdi suscepit nec i fine mũdi suscepit sed in plenitudine tẽporis suscepit israel puerũ suũ. Quinta littera designans quintum lapidẽ preciosum in corona humanitatis xpi est e: quia ista sacratissima natiuitas fuit euãgelizata. Unde Greg li. xxij. moral. dicit sic. Celi rege nato angelorum chori in ei9 enũciatõe prodeũt: hymnũ dicũt: et deuicta praue vite discordia nos quos dudũ despexerant: cuncto agnoscũt consono ore predicãtes. Gloria in excelsis deo: et in terra pax hominib9 bone voluntatis: ac si dicant. Quos nobis malicia distraxerat: iam nũc in terra nata bonitas iungat. hec ille. Nam xps nat9 est nobis hodie vt gen9 humanũ deo reconciliaret. Iuxta illud apli Gal. iiij. Misit filium suũ natũ ex muliere factũ sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret. Ad istã reconciliationẽ faciendã cõuenientissim9 legat9 fuit xps. Ratio est: qz null9 est idone9 legat9 ad interponendũ discordantiũ cõfederationẽ: nisi sit aut neutralis int partes et tũc nõ põt haberi de eo suspitio ne declinet ad alteram partiũ. aut particeps vtriusqz extremũ et tũc ẽ magis fidelis. Sed xpus fuit de gñe diuino ẽm supiorẽ naturã et de hũano ẽm inferiorẽ ideo fuit cõuenientissim9 legat9. Hiere. xlix. Legatus ad gẽtes missus sum. Istã recõciliationẽ declarat ps dicẽs sic. Misericordia et veritas obuiauerũt sibi: iusticia et pax osculate sunt. Ueritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit. Pro cui9 intellectu sciendũ qp pphã designat quattuor virtutes quasi quattuor aduocatos i curia sũmi regis aduocantes. ita qp iusticia et veritas sunt cõtra hoiem: misericordia et pax p homie: et sic formantur quattuor processus. Prim9 processus est veritatis allegantis sic. Crimen lese maiestatis est irremissibile p eo qui cõmittit et pro tota prosperitate sua. vt dicunt leges: sed pmus homo cõmisit crimen lese maiestatis qm istud crimen ẽm leges cõmittit contra

populũ romanũ ꝛ eius securitatẽ. ꝛ qui sciẽter falsum cõscripsit vel recitauit in tabulis publicis. Et qui in bello fugit vel retrocessit aut hostibus victoriã dedit. ꝛ qui arcem tenuerit non reddendo ꝑncipi petenti sicut ab eo habuit in custodia. Et qui castra concesserit inimicis que pro imperatore custodiebat. ꝛ qui imaginẽ principis iam consecratam violauerit. sed ꝑmus homo omnib⁹ hijs modis peccauit: quia pacem ꝛ securitatem ciuitatis celestis pturbauit. scienter falsum conscripsit: cum mulier dixit. ne forte moriamur. Genes. iij. In bello fugit a deo quãdo in temptatione dyaboli cõsensit. Arcem paradisi terrestris nõ recte custodiuit. Castra rationis ꝛ voluntatis inimico concessit qñ eius verbis credidit ꝛ de pomo vetito comedit. imaginẽ dei ad quã factus erat violauit. Threnoꝝ. iiij. Denigrata est super carbones facies eoꝝ: ergo peccatũ eius est irremissibile. Secũdus ꝓcessus est iusticie allegãtis sic. Thronus tuus de⁹ in seculũ seculi virga equitatis virga regni tui. dilexisti iusticiã ꝛ odisti iniquitatẽ. vt dicit ꝑs. Itaq; cum homo cõmiserit iniqtatẽ: quia crimen lese maiestatis vt allegauit veritas: etiam cõmisit crimen sacrilegij rem sacrã ledens. lesit em̃ personã tue maiestatis que est sanctissima. Iuxta illud Leuit. ij. Sancti estote sicut ꝛ ego sanctus sum. Lesit locum sanctũ: quia paradisum terrestrẽ in quo nemo permanere potest nisi sanctus sit. Lesit rem sacram transgrediẽdo ius publicũ. Item precepta ꝛ prohibitiones tue maiestatis negligendo violauit ꝛ offendit. Item legem tuam impugnauit quã menti eius impressisti. Iuxta illud ꝑs. Signatũ est super nos lumen vult⁹ tui dñe. Item diuine legis verba peruertit: quãdo mulier credidit verũ esse qd̃ dixit serpens. nequaq̃ moriemini. Gen̄. iij. Item iudiciũ principis in dubiũ reuocauit quando mulier dixit. ne forte moriamur. hijs modis cõmittitur sacrilegiũ. vt habet. xvij. q. iiij. ca. Quisquis. Sed pena sacrilegij est decapitatio. C. de epis ꝛ clericis. Si quis in hoc. Et etiã maior excõmunicatio cũ leditur ꝑsona sacra: ergo eternalr̃ puniri debet iste homo. Tertius ꝓcessus est misericordie ꝓ homĩe allegantis sic. Dñus pater naturaliter inclinatur ad miserẽdũ filiis. Iuxta illud ꝑs. Quomodo miseret pater filioꝝ miseret⁹ est dñs timentibus se: quoniã ipse cognouit figmentum ꝛc. vsq; super timentes eum. Sed de⁹ est pax hoim quos fecit ad imaginẽ ꝛ similitudinẽ suam. vt dicit Genes. i. ergo debet eoꝝ misereri. quia Sapĩe xi. dicitur. Diligis om̃ia que sunt ꝛ nihil odisti eoꝝ que fecisti. Pena autẽ sacrilegij iudicis reseruatur arbitrio ꝓ qualitate persone rei tẽporis ꝛ loci diuersitate moderãda. ff. ad l. iul. pecul. l. lege. §. i. ꝛ l. Sacrilegij. ergo ꝛc. Quartus ꝓcessus est pacis pro homĩe allegantis sic. Nullus bonus princeps debet dimittere ciuitatem ꝛ pacẽ suam diminutã ꝛ imperfectã cũ possit eam reparare qñ ꝑnceps inutilis dissolutus ꝛ negligens circa regimen ꝛ iusticiam ꝛ pacem obseruãdã debet deponi. vt habetur. xvij. q. iiij. Si quis deinceps. xi. q. i. ca. Nullus. xxij. q. v. ca. Preceptum. Unde ꝛ zacharias papa deposuit ludouicum regem francoꝝ ꝑdecessorem pipini patris Karoli xv. q. vi. ca. Alius. Et innocentius ottonem imperatorẽ: sed celestis ciuitas est diminuta ꝑpter ruinã angeloꝝ: ergo decet q̃ deus reparet eam cũ perfecta pace ꝛ concordia. sed inter angelos cadentes ꝛ permanẽtes non potest esse pax ꝑpter antiquã pugnã. Iuxta illud Apoc. xij. Factũ est preliũ magnũ in celo: michael ꝛ angeli ei⁹ preliabantr̃ cum dracone. ꝛ draco pugnabat ꝛ angeli ei⁹ ꝛ nõ valuerunt: neq; locus eoꝝ inuentus est amplius in celo. Ecce necesse est vt homo recõciliatur ꝛ celestis ciuitas reparetur. Et sic ꝑpendit questio in curia celesti per quinq; milia annoꝝ: quo tẽpore contenderũt misericordia contra veritatẽ: ꝛ iusticia contra pacem. sed hodie in natiuitate xp̃i iste quatuor virtutes cõuenerũt: ꝛ facta est concordia inter eas sicut dicit ꝑs. Misericordia ꝛ veritas obuiauerũt sibi iusticia ꝛ pax osculate sũt. Nã in misterio incarnatiõis xp̃i fuerũt due vniones ꝛ quattuor extrema vnita. Prima vnio fuit inter diuinitatẽ ꝛ hũanitatẽ xp̃i. Secunda fuit inter aĩam ꝛ corpus xp̃i. quelibet illarum virtutũ applicatur vni istoꝝ extremoꝝ qñ misericordia applicatr̃ diuinitati. ꝑs. Misericors ꝛ miserator dñs. Ueritas applicatur humanitati. Ioh. i. Plenum gratie ꝛ veritatis. Iusticia applicatur anime xp̃i. Esa. xlvi. Iuxta est salus mea vt veniat ꝛ iusticia mea reuelabitur. Pax applicatur corpori xp̃i. Esa. liij. Disciplina pacis nostre super eum. Tunc aũt misericordia ꝛ veritas obuiauerunt sibi quando diuinitas ꝛ humanitas conuenerunt per vnionẽ in vna persona iesu xp̃i. Tũc iusticia ꝛ pax osculate sunt quãdo

anima xpi infusa fuit corpori xpi: inter que non fuit vlla inimicicia: quoniã nulla peccati originalis infectio. Cuius ratio est. Nam veritas. id est corpus xpi. de terra. id est de maria virgine orta est. Et sicut terra de qua formatus est adam fuit virgo ⁊ incorrupta ⁊ in instanti operatione spiritussancti formatus est: sic corpus xpi verũ de maria virgine spũsancto operante formatũ est. Justicia vero. id est anima xpi de celo prospexit: quia mox vt fuit creata vidit deum intuitiue cum esset pfectissime beata. vt declarat magister sentẽ. li. iij. Hec autẽ natiuitas quo ad ista quattuor fuit euangelizata. Angeli euãgelizauerũt diuinitatẽ ⁊ misericordiã. Luc. ij. Euangelizo vobis gaudiuz magnũ qđ erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator: qui est xpus dñs. Pastores euangelizauerunt humanitatẽ ⁊ veritatem. Luce. ij. Pastores venerunt ⁊ inuenerunt sicut dictum fuerat ad illos per angelũ. Stella que de nouo creata fuit euangelizauit animã ⁊ iusticiam xpi. Math. ij. Vidimus stellã ei⁹ in oriente ⁊c.. Magi euangelizauerunt corpus ⁊ pacem xpi. Math. ij. Vbi est qui natus est rex iudeoruz. ⁊ sic patet. R Sexta litera designans sextum lapidẽ preciosum in corona humanitatis xpi hodie nati est F Quoniã hec sacratissima natiuitas fuit in veteri testamento multipliciter figurata. vñ Bernñ. sup missus est dič sic. Qđ moysi mõstratum est in rubo ⁊ igne Aaron in virga ⁊ flore: Gedeon in vellere ⁊ rore. hoc aperte salomon preuidit in forti muliere ⁊ eius precio Aptius presciuit ⁊ hieremias de femina ⁊ viro. Apertissime declarauit Esaias de virgine ⁊ deo. hec ille. Sunt eñi quattuor figure preclare. Prima est de flore pullulante. Esa. xi. Egredietur virga de radice iesse ⁊ flos de radice eius ascendet ⁊ requiescet super eum spirit⁹ dñi. Per hanc virgam figuratur beata virgo de pgenie dauid q̃ fuit filius iesse que fuit vga rectissima: quia nullius criminis obliquata tortuositate. De radice huius virge ascendit flos ille cui pulchritudo in diuinis appropriatur sicut potentia ⁊ fortitudo. Heb. i. Qui cum sit splẽdor glorie ⁊c. Iste flos pcessit de radice huius virge quia ex purissimis sanguinibus beate virginis formatum est xpi corpus. Secunda est de virga vigilante. Hierem. i. Virgam vigilantem video. Bene vidisti quia vigilabo ⁊ ego super verbo meo vt faciam illud. Per hanc virgã figuratur beata virgo que nũq̃ dormiuit per alicui⁹ culpe infectionẽ nec originalis nec mortalis nec venialis. de q̃ somno aplus dicit Eph. v. Surge qui dormis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuminabit tibi xps: sed vigilabat per multiplicem sui sanctificatõnẽ ⁊ tunc deus pater vigilauit vt faceret verbum suũ in ea. sm illud Joh. i. Verbum caro factuz est. Tertia est de porta clausa Ezechiel. xliij. Et cõuerti me ad viam porte sanctuarij exterioris que respiciebat ad orientem ⁊ erat clausa. ⁊ dixit dñs ad me. Porta hec clausa erit ⁊ nõ aperiet ⁊ vir non transibit per eam: quoniã dñs deus israel ingressus est per eam. Per istud sanctuariũ figuratur sacratissimũ virginis corpus. ps. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Huius sanctuarij porta orientalis. i. vterus fuit clausa: quia in cõceptiõe xpi ⁊ generatione permansit virgo: ideo cantat ecclesia. Aluus tumescit virginis: claustra pudoris permanent: vexilla virtutũ micant: versatur in templo deus. Quarta est de petra excisa. Daniel. iiij. vbi vidit lapidem abscissum de monte sine manibus. Per istum lapidem figuratus est christus. i. Cor. x. Petra autẽ erat christus abscissus de monte. id est genitus de virgine que dicitur mons syon per magnitudinem sue virtutis. ps. Nunquid syon dicet homo: ⁊ homo natus ẽ in ea. sine manib⁹. id est sine humano opere. Ideo cantat ecclesia. Non ex virili semine: sed mistico spiramine verbum dei factum caro. Multe sunt alie figure in veteri testamento hanc natiuitatem figurantes. L Septima littera designans septimum lapidem corone humanitatis christi hodie nati est G quoniã hec sacratissima natiuitas fuit graficata. Vnde Augustin⁹ in epistola ad volusianũ dicit sic. Si ratio queritur nõ erit mirabile. si exemplum exposcitur non erit singulare. Demus ergo deum aliquid posse quod nos fateamur inuestigare non posse: in talibus rebus tota ratio facti est gratia dei facientis. In hac siquidem incarnatione apparuit gratia dei quo ad corpus christi: quo ad animã eius: ⁊ quo ad vnionem humanitatis cum diuinitate. Quantum ad corpus christi apparuit quadruplex gratia Prima gratia fuit in virginis sanctificatiõe Luce. i. Spiritussanctus superueniet in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi. Secunda gratia fuit in virginis totali adunatione

quia cũ ceteri filij habeãt substantiã suã par
tim a patre partim a matre. solus xp̄s habu
it totã substantiã suã corporalẽ solũ a matre
Tertia gr̃a fuit in spũssancti operatiõe: quia
de materia sanguinis purissimi quam virgo
ministrauit spũssanct⁹ subito formauit per
fectum corp⁹ xp̄i. Quarta gratia fuit in vir-
ginis cooperatõe: q2 nisi genuisset nõ fuisset
vera mater. itẽ o sicut in ceteris mater coope
ratur ad gñationẽ: ita beata virgo coopera-
ta est spũsancto ad gñationẽ xp̄i. Vñ Gre
go. in moral. Nunciante angelo et aduenien-
te spũ mox verbũ in vtero: mox in terra vte
ri verbũ caro factũ: et manẽte incõmutabili
essentia que est ei cũ patre et spũsancto coe-
terna: assumpsit carnẽ intra viscera matna:
vt per ineffabile sacramentũ cõceptu sctõ et
partu inuiolabili ſm veritatẽ vtriusq3 nature
eadem virgo et ancilla esset dñi et mater. hec
ille. Quãtũ ad aĩam xp̄i apparuit quadru-
plex gratia. Prima gratia fuit in ei⁹ perfectis
sima creatione in puris naturalibus. Nam
angeli in sui creatione fuerũt perfecti scien-
tia et sapiẽtia. vt dicit Ezech. xxviij. Tu che-
rub plen⁹ scientia: perfect⁹ decore a die con
ditionis tue. Sic aĩa xp̄i ab instanti sue crea
tionis fuit plena sapiẽtia et scientia oĩm re-
rum. Iuxta illud Eccli. i. Prior oĩm creata
est sapiẽtia. Nõ sic est de aĩab⁹ alioꝝ hoĩm
de quib⁹ dr̃. iij de aĩa. Q2 aĩa in p̄ncipio est si-
cut tabula rasa in q̄ nihil ẽ depictũ. Secũda
gratia fuit in ei⁹ perfectissima formatõe in
donis gratuitis: q2 mox vt hec aĩa fuit crea-
ta fuit impleta gr̃a ad redundantiã. Ioh. i.
Vidim⁹ gloriã ei⁹ gl'oriã3 quasi vnigeniti a
patre plenũ gr̃e et veritatis. Et iterũ de ple-
nitudine eius oẽs nos accepim⁹ gratiã. Ter
tia gratia fuit in ei⁹ perfectissima p̄seruatõe
q2 deus ipam corpori infudit sine vlla cõta
gione. Anime enĩ ceteroꝝ hoĩm inq̄nant et
contrahũt peccãm originale ex earũ cõiunctõe
ad corpa. Quarta gr̃a fuit in ei⁹ p̄fectissima
cõsummatõe: quia in instanti sue creatõnis
fuit p̄fectissime beata cũ videret tũc diuini-
tatem beatifice. Iuxta illud Luce. x. Nemo
scit patrẽ nisi fili⁹. Quãtũ ad vnionẽ huma
nitatis cum diuinitate fuit duplex gr̃a. Pri-
ma fuit creature rationalis exaltatio. Sicut
enĩ puella humilis cũ desponsat filio regis
nobilitatur: sic natura humana verbo copu
lata maxime nobilitatur. Nulla est enĩ vnio
qua deus creature vnitur que istã excedat
per quã homo fit deus. Est enĩ exaltata na-
tura humana super oĩnes choros angeloꝝ
et sedet ad dexterã dei patris. Secunda gra
tia fuit nature angelice nobilitatio. Sicut
enĩ fratres germani nobilitanturq̃n eoꝝ so
ror assumit ad celsitudinẽ regni p copulam
desponsationis: sic angeli nobilitant ex co-
pula humanitat̃ cũ diuinitate cum sint fra-
tres nature humane. Sic ergo pat3 quo mo
do xp̄i natiuitas est gratificata multipliciter.
M Octaua littera designans octauũ lapi
dem p̄ciosum in corona hũanitatis iesu xp̄i
hodie nati est M. qm̃ hec sacratissima natiui
tas est honorificata. vnde Maxim⁹ in ſmo
ne de natali dixit sic. Viderunt venerabi-
les patres nostri magna innumeraq3 mi-
rabilia opera dei. Celũ illis ãgelicas escas
rorauit. Lapis durissim⁹ dulcia pocula mini
strauit. Iordanis p̄ter suũ meatũ in fon
tem retorsit. Validissim⁹ hostiũ murus tu-
barum strepitu corruit. Sol quoq3 cõmora-
tus in celo longiorẽ triumphanti populo di
em p̄stitit. Hoc vero nullis antea seculis vi
dere datũ est: vt vnigenit⁹ altissimi quẽ tre-
mentes archangeloꝝ potestates suspiciunt
hoĩem se oĩbus exhiberet et carnẽ quã ab
hoĩe sumpsit in deũ transformaret. q̄ si ti
bi sensuũ tuoꝝ fragilitate min⁹ dignũ vide-
retur filiũ dei de femina natũ credere: virgi-
nem cogita peperisse. Si tibi panni quibus
obuolut⁹ ẽ fortasse vilescunt: angelos collau
dantes et multitudinẽ celestis exercitus ad
mirare. Si p̄sepe in quo infans iacuit despi
cis erige paulisper oculos et nouã i celo stel
lam p̄testantẽ mundo natiuitatẽ mirificam
contuere. Si credis vilia: crede mirifica. Si
de hijs que humilitatis sunt disputas: que al
ta sunt et celestia venerare. hec ille. Honorẽ
huius sacratissime natiuitatis describit Lu
cas. ij. c. dicẽs sic. Peperit filiũ suũ p̄moge-
nitum et pannis eũ inuoluit et reclinauit in
presepio: q2 non erat ei locus in diuersorio.
Unde declarat hanc natiuitatẽ esse honora
tam multipliciter. Primo pariẽtis facilitate.
ibi peperit. Nam differẽtia est inter parere
et parturire. nam parere dicit emissionẽ fet⁹
sine vlla passione. parturire vo dicit emissio-
nem fetus cum passione. Beata virgo genu
it ex vtero suo xp̄m sine passione et dolore.
Iuxta illud. Nesciens virgo mater virũ pe-
perit sine dolore saluatorẽ seculoꝝ. In alijs
enĩ mulierib⁹ parturitio preuenit partum. q2
prius sentiunt dolores in fractione claustri
pudoris post cuius fractõnẽ emittitur fetus

Sed in beata virgine partus preuenit parturitionē q2 exiuit xp̄us manentib9 integris claustris pudoris. Esa. l. Antecꝙ parturiret peperit. Secūdo parientis vera maternitate. ibi filiū. Nam filius et mater relatiue dicūtur: ideo verus filius infert verā matrē. Cuȝ ergo xp̄us dicatur verus filius beate virginis: ideo ipsa dicit vera mater xp̄i. Ex quo infero quattuor conclusiones. Prima conclusio est ꝙ beata virgo habuit ita perfectum filiū sicut habuit deus pater: patet quia fuit idem filius eternaliter genitus a patre sm diuinitatem et temporaliter genitus a matre sm humanitatē. Secunda conclusio est ꝙ filius dei existens in vtero virginis non desistebat producere spiritūsanctum: patet quia pater nunꝙ desistit ipm spirare: ergo nec filius. Tertia conclusio est ꝙ filius dei existens in vtero virginis conseruabat totū vniuersum: patet quia habebat eandē vim cum patre et spiritusancto. Quarta conclusio est ꝙ filius dei in vtero virginis glorificabat beatificē oēs angelos. patȝ quia habebat eandē essentiā nūero cum patre et spiritusancto que est obiectum beatificū. vt dicit magister senten. lib. i. dist. i. ca. iij. Part9 ꝓprietate. ibi suū. nā ly suum est pnomē possessiuū et designat ꝓprietatē. Nulla autē mulier potest dicere aliquē esse filium suum per ꝓprietatem cum sit etiā patris. beata virgo sola potest dicere xp̄m filium suū per ꝓprietatem: quia non humano semine formatum est corpus xp̄i. Quarto partus principalitate ibi primogenitū. Nam primitas habȝ duplicem habitudinē .s. exclusiuam anterioris et sic primū dicitur ante qđ nihil. et inclusiuā posterioris et sic pmū dicit qđ habet secūdū Nunc autē filius virginis dicit primogenitus eius exclusiue et non inclusiue. Quinto parientis sedulitate. ibi. et pannis eum inuoluit. decuit enī vt partus dignissim9 haberet obstetricem et ancillam dignissimā et purissimam. Iuxta illud Anselmi libro de conceptu virginali. Decuit vt illius hominis conceptio. id est xp̄i. ex ea matre fieret que ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi. hec ille: sed nulla talis inueniebatur preter beatam virginem: ideo dixit Luc. i. Ecce ancilla dñi. Sexto partus localitate. ibi. et reclinauit eum in presepio. Sicut enī in presepio ponitur cibus animaliū quo reficiuntur: sic beata virgo reclinauit humanitatem xp̄i in presepio qui est cibus spiritualis mentis et sensuum nostrorum. ij. Cor. xi. Accipite et comedite hoc est corpus meum. Septimo parientis egestate. ibi. quia non erat ei loc9. Caruit enī loco vbi iaceret: et caruit cuna in qua filium reclinaret: ideo reclinauit eum in presepio. Sed beata virgo pro se non indiguit loco quia peperit sine dolore. pro filio nō indigebat cuna quia vagiebat sine sapientie diminutione. Octauo loci humilitate. ibi. in diuersorio. Nam diuersoriū est locus vilis et cōmunis hominibus. ideo Hylarius lib. ij. de trinitate dicit sic. Parit virgo sed partus a deo est. infans vagit. laudantes angeli audiuntur. panni sordent. de9 adoratur. Itaqȝ potestatis dignitas non amittitur: dum carnis humilitas predicatur. hec ille. Licet in hac natiuitate multa fuerunt humilia: tamē magnis laudibus fuerunt honorata. N

Nona littera designans nonū lapidem preciosum in corona humanitatis iesu xp̄i hodie nobis nati est I quoniā ista sacratissima natiuitas fuit illuminata. Unde Maxim9 in sermone de natali dicit sic. Hodie namqȝ xp̄s iesus dñs noster in quo diuinitatꝭ ē plenitudo carnis nostre infirma suscipiens nouus natus est homo. hodie refulsit secūdus ille adam non incola sed dñs paradisi: quē interdicte arboris pulchritudo nō fallat: serpens non decipiat: mulier non seducat. Hodie exortum est in tenebris lumē rectis corde. Hodie illud qđ celum et celi celorū se habere gaudebant: mundus dum nesciret accepit. hec ille. Sciendum ꝙ ista sacratissima natiuitas fuit illuminata quattuor modis. Primo ex presentia irrationabiliū scȝ bouis et asini. Esa. i. Cognouit bos possessorem suum et asinus presepe dñi. Per bouem signatur populus iudeorum qui cognouit natiuitatem xp̄i. vt patet in pastoribus. Per asinum populus gentilis qui eandem natiuitatem cognouit vt patet in magis. Per bouē signatur maturitas discretōnis que fuit perfectissime in anima xp̄i. Per asinum signatur austeritas oneris que fuit i corpore xp̄i: he due virtutes illuminant xp̄i natiuitatem. Secundo ex presentia rationabiliū scilȝ marie et ioseph. Unde Bernard9 in sermone de epyphania dicit sic. Ubi aula regis: vbi thronus: vbi curie regalis frequētia? Nūqd aula est stabulum: thronus presepium: et totius curie freqntia ioseph et maria. Per mariam signatur puritas incorruptōnis in corpore christi. Per ioseph significatur pietas

surge illu
hierusal

miserationis in anima christi. Et he due virtutes illuminant christi natiuitatē. Tertio ex presentia intellectualium scʒ angelorum. Sicut enī angeli post victoriam christi accesserunt et ministrabant ei. vt dicit Matth. iiij. Sic angeli nunc cognoscentes dñm suū natum accesserūt et ministrabāt ei. Unde Origenes dicit ꝙ angeli suū ministeriū circa custodiam matris dñi exhibebāt. Cum enī dixit euangelista. Inuenta est in vtero habēs de spūsancto. querit a qb' inuenta? Respōdetur ab angelis custodientibus. Sic et in natiuitate christi angeli ei manifestauerunt. Unde Augu. in sermone de epyphania dicit sic. O infantia cui astra subduntur. cuius est iste magnitudinis et sapie glie: ad cui' pannos et angeli excubant et sydera obsecūdant et reges trepidant et sectatores sapientie ingeniculāt. Stupeo cum video pannos et intueor celos. estuo cum aspicio in presepio mendicum et super astra preclarū. hec ille. Quarto ex presentia supernalū. Fuit enī ibi tota trinitas que filiū incarnauit cum indiuisa sint opera trinitatis ad extra. vt dicit magister sententiarū. lib. iij. Et de vtero virginis eū pduxit ita ꝙ tota trinitas fuit loco obstetricis. Job. xxvi. Obstetricante manu eius eductus est. sic ergo tota trinitas illuminauit hanc natiuitatem. Ps. Tecum principium in die virtutis tue: in splendoribus sanctoꝝ. Ubi propheta designat quattuor termīnos. Prim' est tecum. nam in grāmatica sunt tres persone. scʒ prima que de seipā loquitur. Secunda ad quā prima loquitur. Tertia de qua fit sermo inter primam et secundam personam. Eodē modo in diuinis sunt tres persone scʒ prima patris qui de se ipso loquitur: qꝛ dicit a se et habet a se quicquid habet. et significat per hoc pnomē ego Esa. lxvi. Ego qui generationē aliis tribuo sterilis ero? Secūda persona est filij ad quā loquitur prima: qꝛ pater de eo produxit verbum. Luc. iij. Tu es filius me' dilectus. Tertia persona est spiritussanct' de qua fit sermo inter primā et secundam: quia due persone concorditer ipm spirant vnica spiratōne Joh. xiiij. Cum autē venerit ille spirit' veritatis et c. Eū ergo dicit tecum significat personam filij ad quā loquit pater etern'. Secundus termin' est principiū qui accipit aliquando pro diuina natura. Apocal. i. Ego sum alpha et ω principiū et finis. aliquando pro persona patris. Joh. i. In principio erat verbum. Aliquando pro persona filij. Joh. viij. Ego principiū qui et loquor vobis. Aliquando pro persona spiritussancti. Geñ. i. In principio deus creauit celum et terram. Tertius terminus est in die virtutis tue: qui accipit aliquando pro die eternitatis: et tūc in illa die tecum est principium. id est pater ad tui generationem. Aliquando accipitur pro die creationis mundi: et tunc tecum est principium. id est spiritussanctus ad mundi creationem. Aliquādo accipitur pro die incarnationis: et tunc tecum est principium. id est diuina natura que humanitatem per tui incarnationem assūpsit. Aliquando accipitur pro die natiuitatis: et tunc tecum est principium. id est filius dei in carne natus: quia verbum caro factum est. In prima die fuit in splendoribus sanctorum. id est in equali deitate patris et spiritussancti. In secunda die fuit in splendoribus sanctorum. s. angeloꝝ. In tertia die fuit in splendorib' sanctorum scʒ prophetarū qui eius incarnationem predixerūt et figurauerunt. In quarta die fuit in splendoribus sanctorum scʒ pastorum et magorum. Unde Leo papa in sermone de epyphania dicit sic. Adorant magi in carne verbū: in infantia sapiētiā in infirmitate virtutem et in hominis veritate deū maiestatis vt sacramentum fidei sue intelligentieqꝫ manifestēt. Quod cordib' credūt muneribus protestantur. hec ille. Ecce quomodo hec natiuitas fuit mirabiliter illuminata. vt patet. ¶ Decima littera designans decimū lapidem preciosum in corona hūanitatis christi hodie nobis nati est k quoniā hec sacratissima natiuitas fuit karismate dotata. Unde Leo papa in s̄mone de natiuita. dñi dic̄ sic. Uirgo regia dauidice stirpis eligitur que sacro grauidāda fetu diuinam humanāmqꝫ prolem prius conciperet mente ꝙ corpore. Et ne superni ignara consilij ad inusitatos paueret effect'. quod in ea operandum erat a spiritusancto colloquio didicit angelico. hec damnum credidit pudoris dei genitrix mox futura. hec ille. Conceptio enī xpi magis attribuitur spirituisancto ꝙ patri vel filio in diuinis. Cuius ratio est quadruplex. Prima ex amoris inclinatione qui patrem et filium ad hoc induxit. Unde magister sententiarū lib. iij. dist. iiij. ca. i. dicit sic. Non enī ideo operatio incarnationis spiritui sancto sepius attribuitur ꝙ eam ipse sol' sine patre et filio fecerit: sed

quia spiritussanctus est charitas et donum patris et filij et ineffabili charitate dei verbū caro factum est et ineffabili dei dono filius dei vniuit sibi formam serui etc. Secunda ex originis assimulatione: quia sicut spiritussanctus fuit disponens ad rerum formationem Iuxta illud Genes. i. Spiritus domini ferebatur super aquas: ita ipse spiritus esset disponens ad hominis reparationem. Nam in generatione naturali hominis ex parte generantis actiue sūt tria. s. decisio materie: distinctio forme et perfectio vtriusque: que tria cum beata virgo non concepit ex semine virili fecit spiritussanctus in ea: non per modum generantis naturaliter sed per modum operantis artificialiter: simul faciens decisionem: distinctionem: et perfectionem. Unde magister sententiarū vbi supra ca. iij. dicit sic. Quomodo in vtero habuit maria de spiritusancto? Si quasi ex substātia: ita quod spiritus in carnem et ossa cōuersus est? Non vtique. Si vero quasi ex operatione et potestate eius virgo concepit. Quis neget spiritumsanctum dominice incarnatiōnis autorem. hec magister Tertia ex virtutis connexione. sicut enim in diuinis spiritussanctus est nexus patris et filij: vt dicūt theologi: sic ipse spiritus erat nexus diuinitatis et humanitatis in xpo: non per naturam sed per gratiam. Unde magister sententiarū vbi supra ca. iij. dicit sic. Profecto modus iste quo natus est christus de spūsancto insinuat nobis gratiam dei qua homo nullis meritis precedentibus in ipso exordio nature sue quo esse cepit copularetur verbo dei in tantā persone vnitatem vt idē esset filius dei qui et filius hominis: et filius hominis qui et filius dei. Et sic in humane nature susceptiōne fieret quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis qua nullum possit admittere peccatum: que gratia ideo per spiritumsanctū est significata: quia ipse proprie sic est deus vt sit etiam dei donum. Per hoc ergo quod de spiritusancto esse natiuitas christi dicitur quid aliud quam ipsa natiuitas gratia dei monstratur qua homo mirabili et ineffabili modo verbo dei est adiunctus atque concretus: et diuina gratia corporaliter repletus. hec magister. Quarta ex virginis fecundatione: quia spiritussanctus superueniens in virgine verbi dei virtutem susceptiuam tribuit per gratiam. Unde magister sententiarum vbi supra ca. iij. dicit sic. Christus secundum hominem ideo natus est de spiritusancto: quia eum fecit inquantū homo est et ipse factus est vt ait apostolus. Conceptus ergo et natus de spiritusancto dicitur. Non quod spiritussanctus fuerit virgini pro semine. non enim de substantia spiritussancti semen partus accepit: sed per gratiam dei et operationem spiritus de carne virginis est assumptum quod verbo est vnitum. hec magister etc. ¶

q: sicut credimus xp̄m venisse in carnē: ita il li venturū: et sicut nos mortuū: ita et illi mori turū. et sicut nos resurrexisse: ita et illi resurre cturum: hec ille. Eadem fides erat apud iu stos patres dum essent in limbo. Un̄ magr̄ in eodē l.b. di.xxvi.ca.iiij. De antiquis vero pa tribus q̄ apud inferos vsq3 ad passionez te nebantur non incōgrue dici pōt q̄ fidem spez et virtutē habuerunt q: credebant et sperabāt se visuros deum p spēm qualiter eū tunc nō videbant q: non patuit eis cognitio dei per spēm ante passionē xp̄i qua cōsummata a fi de transierit ad spēz. hec ille. Nec aūt fides antiquoȝ patrum continebatur in lege moysi quā deus dederat qui est pater dn̄i nostri ie su xp̄i. Prout declarat sanctus Tho.p̄ ma.ii. q.xcviij.art.ij. in rn̄si. dicens sic. Lex eī vet⁹ hoīes ordinabat ad xp̄m dupliciter. Uno mō xp̄o testimoniū phibēdo. vn̄ dicit. Luc.vlti. Oportet impleri oīa que scripta sunt in lege et pphetis et psalmis de me. Et Johā.v. Si crederetis moysi crederetis forsitan et mihi de me ei scripsit ille. Alio mō p modū cuiusdā dispositionis dum retraheret hoīes a cultu ydolatrie cōcludebat eos sub cultu vni⁹ dei a quo saluandū erat humanū genus p xp̄m Un̄ aplus dicit. Gal.iij. Priusq̄ veniret fi des sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem que reuelanda erat. Manifestum est autē q̄ eiusdē est disponere ad finē: et ad fi nem perducere. ideo ab eodem deo a quo fa cta est salus hoīm per grām xp̄i lex vet⁹ da ta est. hec ille. B Et q: dyabolus cogno scebat fidem iustoȝ in xp̄m ex obseruantia legis antique et sic eos fore saluandos: ideo conatus est deprauare cerimonias illius le gis p quēdam magnū heresiarcham q̄ dicit⁹ est manicheus. Qui vt dic. Fulgētius in ser mone huius diei. Dum in xp̄o dei filio ṽita tem non credit carnis scripturis sanctis et ve teribus et nouis crimen nitit̄ imponere fal sitatis. Non vult eī credere humanā carnē a deo plasmatā: necq3 circuncisionē carnis a deo nostro patribus impatā: nec victimā de carnibus aīalium deo viuo et vero priscis tē poribus imolatam nec sabbatum ex dei pce pto ac voluntate seruatū nec tēplum iubente deo dn̄o fabricatum: itaq3 dum in scripturis sanctis non discernit tempoȝ qualitatē sper nit et despicit dn̄ice incarnationis saluberri mā veritatem. quapropter manicheus euidē tissima rōne vincat̄ et dyabolus confundat̄. Ecce moyses ppheta veritatem testamen ti veteris defendit vt et hoc et veteris et no ui deum vnū: scz iesum xp̄m manifestissime comprobet. Fuit ergo moyses ad xp̄m et be atam ṽginem rogans eos vt mentem eius illuminarēt sup hijs que adducebant̄ a ma nicheo notario dyaboli et mox illuminatus a spū sancto cognouit q̄ iste erat ille pphe ta de quo dixerat Deutro.xviij. scz. Prophe tam suscitabit vobis dn̄s de medio fratrum vestroȝ etc̄. Et conuersus ad naturā ait illud quod dicit Aug. sermōe.xi. de epyia. O mā di natura: confer mecū. quis est iste: cui exhi bes obsequiū: et non hz tectum? Quis est iste q̄ vagitibus presepe replet? Responde mihi oro te dic mihi cui exhibes laudēne diu inq̄ rat animus rōnem. Stupeo ego cum video pānos et intueor celum. Estuo cum inspicio in presepe mendicū et super astra preclarum sed subueniat mihi fides q: ratio vera defi cit. Que ergo fides verba rn̄deat. audiam⁹. Pāni isti vagit⁹ et infantia generis humani est natiuitas noua: q: interierat bonis perō natura. stella vero fulgens et magis occurrēs regis est natiuitas patēs hec ibi. Cōuersus est postea moyses ad beatam ṽginē dicens illud Aug. sermone.ij. de natiuitate bē ṽ ginis sic. Dic mihi iam queso sancti sancteȝ mater quēadmodum materni odoris lilium niuei coloris conuallium sine succo huma ne ppaginis: et sine ymbre carnalis seminis iustum ecclesie germinasti? Dic mihi queso viua mater. quibus manibus vel quo diui nitatis articulo in vtero tuo formatus est fi lius cuius solus deus est pater? Dic obsecro te per eum qui talem fecit te vt ipse fieret in te. Dic inq̄ mihi quid boni egisti q̄tum pre mium obtulisti: per quas potestates ascen disti: quos patronos habuisti: que suffragia premisisti: quo sensu vel qua cogitatione ad hoc vt acciperes peruenisti: vt virtus et sapi entia patris que attingit a fine vsq3 ad finez fortiter: et disposuit oīa suauiter: totus vbi q3 manēs: et sine vlla sui mutabilitate in vte rum tuum veniens: ita castrum tue ventris incoleret: et ingrediens non lederet: et exiēs incolume custodiret. Dic mihi quomodo ad hoc peruenisti? Et illa. Queris a me q̄d obtulerim munus vt mei mater efficerer creatoris. oblatio mea est virginitatis pro missio nō a me mihi data: sz ab ipso mihi au tore bonorum omniū concessa. Omne enī datum optimum et omne donum perfectū desursum est etc̄. Oblatio mea est humilitas

Et ideo. Magnificat aīa mea dn̄m. Non auro eleuatam tunicam meam: non pomposo cultu radiantis auri ornamentum ceruicis mee: aut preciosarum margaritarum pendētium aspexit in auribus meis: aut gemmarū ruborem attendit nec fuco mendaci colorem: sed respexit humilitatem ancille sue. Uenit enī ad humilem mansuetus sicut fuerat hactenus vaticinio prophete preuisum qui ait Noli timere filia syon. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus et mitis sedens super nubem leuem: id est sine corporis pondere genitricem. Uenit inquā mansuetus requiescens super sinum maternū humilem et quietū et trementem verba sua. Uenit ergo mansuetus implens celos: transiliens per humilem ad superbos et celos non derelinquens: vt inflatos tumore superbie apposito humilitatis remedio mitis medicus ipse curaret. hec ille. Manicheus autem venerat cum moyse ad xp̄m et beatam virginem. Et cum audiret supradicta verba indignatus est valde. Contra quem ait xp̄us illud quod dicit August. libro .v. cōtra hereses sic. O manichee quid est quod te mouet in mea natiuitate. Non sum libidinis conceptus cupiditate: ego matrem de qua nascerer feci. Ego viam meo itineri preparaui atqꝫ mundaui. Hec quam despicis manichee mater mea est: sed manu fabricata est mea: si potui inquinari cum eam facerem potui in illa inquinari cum ex ea nascerer. sicut in transitu meo illius non est corrupta virginitas: sic mea ibi non est maculata maiestas. Si solis radius cloacharum sordes siccare nouit: eis inquinari non nouit: multo magis splendor lucis eterne in quo nihil inquinamenti incurrit quocunqꝫ radiauerit mundare potest: ipse pollui non potest. Stulte vides sordes in v̄gine m̄re vbi nō est concubitus cū homine patre. vnde sordes in ea que nec concipiendo libidinem: nec passa est pariendo dolorem. vnde sordes in domo ad quam nullus accessit: solus ad eū fabricator eius et dn̄s venit vestem quā non habebat induit eāqꝫ sicut inuenit clausam reliqt. hec ille. Post hec verba puer noster iesus cōuersus ad moysen: ait illud quod dicit Leo papa in sermone de natiuitate dn̄i sic. Tibi quondam abiecto tibi extruso paradisi sedibus: tibi per exilia longa morienti in cinerem et puluerem dissoluto cui iam non erat spes vlla viuendi per incarnationis mee sacramētum potestas data est: vt de longinquo ad tuum reuertaris auctorem: recognoscas parentem: liber efficiaris ex seruo: de extraneo proueharis in filium. vt qui ex carne natus es corruptibili: ex dei spiritu renascaris: et obtineas per gratiam quod non habes per naturā. hec ille. Tunc moyses vertēs se ad manicheum ait illud quod dicit Fulgentius in sermone huius diei sic. Attende manichee vtriusqꝫ testamenti manifestissimam et concordissimā veritatem: et tuam conuersus abijce vanitatem. vide in veteri testamēto significationē futurorum: in nouo reuelationē preteritorum: xp̄m autem deū amborum testamētorū in veteri testamēto qd̄ exhibiturus est promittentē in nouo qd̄ promiserat exhibentē: nec in promissione mendacē nec in donatione fallacem: sed vbiqꝫ bonū: vbiqꝫ iustū: vbiqꝫ serenū vbiqꝫ potentē: vbiqꝫ clementē. In veteri testamento redimendi a se hoīs cōditorē. In nouo cōditi a se hoīs redemptorē. In veteri testamento carnis atqꝫ aīe humane potentissimū creatorem: in nouo eiusdem carnis atqꝫ aīe clementissimū susceptorē: ac sic primo carnis aīeqꝫ factorē postmodum carnis aīeqꝫ saluatorē. h' ille. Dixit aūt manicheus moysi. Cur tantū sacrm̄ ē abs cōditū dyabolo si hoc cognosceret nō sic subuerteret mentes hoīm ad errandū circa hoc. Cum enī ciuis similē cum vniuersis aduertit naturā: parem habere arbitrat' cum hoībus causam: nec intelligit a transgressionis vinculo liberū quē ab infirmitatibus mortaliū non inuenit alienum. Cui respondens moyses ait illud qd̄ dicit Leo papa in sermone de natiuitate dn̄i sic. Uerax namqꝫ mīa dei cum ad reparandū humanū genus ineffabiliter ei multa suppeterent. hanc potissimum consulendi viam elegit qua ad destruendum opus dyaboli non virtute vteret' potentie: sed ratione iusticie. Nam superbia hostis antiqui non immerito sibi in omēs homīes ius tyrannicum vendicabat nec indebito dn̄atu premebat: quos a mandato dei spontaneos: in obsequium sue voluntatis illexerat. Non itaqꝫ iuste amitteret originalem humani generis seruitutem: nisi de eo quod subiecerat vinceretur. Cum ergo misericors omnipotensqꝫ saluator: ita susceptionis humane moderaretur exordia vt virtutem insuperabilis a suo homine deitatis per velamen nostre infirmitatis absconderet: illusa est securi hostis astutia. qui natiuitatem pueri in salutem humani generis procreati non aliter sibi quā cunctis

nascentium putauit obnoxiam: hec ille. E Statim affuit dyabolus qui inuchēs cōtra moysen ait. Hec sūt impossibilia que tu ais. O moyses. s. q̄ virgo pariat et q̄ mater huius pueri sit virgo in partu et post partū. Et in cōfirmationē dicti tui nihil aliud allegas nisi q̄ ista sunt mihi incognita. Respōdit moyses dicens. Hec adolescētula habuit Joseph virum qui eius sponsus fuit. sed tamē eā carnaliter nō cognouit. Et postq̄ desponsata fuit cōcepit de spū sancto. Et lz hoc tibi fuerit incognitū. tñ noli mirari q2 tante fuerūt vires sacramēti matrimonij q̄ ab eo demoniū effugaf qñ sancte et honeste obseruaf: vt p3 batur Thobie. vi. Ideo ne mireris si nihil scis de incorruptiōe virginis marie. Nōne Josephvoluit occulte dimittere eam dū videret eā pregnantē: q2 tñ sacramētū ignorabat vt dicif Matthei. ij. Sed vt huius rei habeas veritatē: scito q̄ deus pr̄ misit filiū suū in mūdū nasciturū ex hac virgine: q2 sicut femīa p quā introiuit mors in orbē terrarū nata fuit ex incorrupto viro. s. adam Sic iste deus et hō nasci debebat ex incorrupta femina p quam exclusa morte intraret vita in orbē terrarū. Sed quomodo potest dici femīa incorrupta nisi virgo. nec mireris si hec tibi incognita sūt cū his minora tibi incognita fuerint. Dic mihi sathan sciuisti tu vnq̄ vbi fuit corpus meum anteq̄ resuscitasset me dñs meus iesus vt p3 Deut. xlii. Cū michael archāgel9 cū dyabolo disputās altercaref de moysi corpore nō est ausus iudiciū inferre blasphemie. Sed dixit imperet tibi deus vt d2 in canonica Jude. i. Sic ḡ locus mee sepulture est tibi incognitus vsq3 ad hanc diē. Preterea dic mihi sathan Scis tu locū vbi posita fuit archa federis. Ait sathan. Scio. Moyses dicit et vbi. Ait sathan. Hieremias posuit eā in spelūca mōtis in quē tu ascēdisti vt videres dei hereditatē et ibi eā muro strinxit. Moyses ait. Inuenias mihi speluncā illā. Ait sathan nescio eā: q2 locus ille erit incognit9 donec cōgreget dñs cōgregationē populi sui vt ppitius fiat: vt d2 ij. lib. mach. ij. Tunc moyses ait. Ergo ne mireris sathā si tibi est incognitum quomodo iesus creator humani generis humanū corpus sumpsit de virgine sine pctō. D Et si hec videnf tibi contra humanū cursum nature: noli mirari q2 multa fecit deus que videnf contra naturā. vt p3 ex textu biblie. Primo rubus ardebat et non comburebaf. Exo. iij. Uirga mea versa fuit in colubrū. Exodi. iiij. Petra pcussa effudit aque in abundātia. Exodi. xvij. Uirga aarō sicca floruit. Numeri. xvij. Sarra sterilis et senex cōcepit et peperit. Gen̄ xxi. Aque iordanis steterūt et verse sunt retrorsum. Josue iij. Asina contra naturā locuta est. Numeri xxij. Sol reuersus est retrorsum decē gradibus. Esa. xxxviij. Ferrū sup aquas natauit iiij. reg. vi. Ex sicca maxilla asini aque emanauerunt: ex quibus refocillatus est sanson. Judic. xv. Si deus voluit contra naturā in supradictis opari quid miraris si natus est deus et homo de virgine incorrupta que pseuerat virgo et sine pctō. Ait sathā. Cognosco singula supradicta fore vera: sed quomodo verificaf q̄ iste sit messias. Nā messias pmissus debet sumere carnē ex pgenie dauid. nūquid deus irritum fecit pactū suū quod pepigit cū dauid et domo eius. vt d2. iij. Regū. ix. Ubi deus locutus est dauid dicēs. Non auferef de te corā me vir q̄ sedeat sup thronū israel si custodierint filij tui legem meā et ambulauerint coram me sicut tu ambulasti. Et hoc pactum fuit iureiurādo firmatū vt patet ps lxxxviij. et cxxxi. vbi d2. De fructu vētris tui ponā super sedem tuā. Modo videndū est si filij dauid seruauerūt viā dñi sicut dauid. Primo salomon ydola adorauit: et deū neglexit. iij. Reg. xij. Secūdo roboā et abyas filij eius quorum corda nō fuerūt recta cum deo: sed in grauibus peccatis ambulauerūt iij. Reg. xv Joram filius Josaphat adorauit ydola in excelsis. i. Paralipp. xxi. et eius filius Ochozias ibidem. xxij. ca. Cor achaz non fuit rectum cum deo. et sic de alijs. et maxime de manasse qui omnia opprobria obseruauit contra deū. ergo moyses si filij dauid nō ambulauerūt per viam dñi: immo pactū iureiurādo firmatū fregerūt quomodo est possibile: q̄ deus elegerit incarnari de stirpe dauid preuaricatrice pacti et iuramenti dei. Respondit moyses valde subtiliter mouens sathan. Dico enim tibi q̄ licet supradicti taliter peccauerint. non tamen fregerunt pactum intantum q̄ propter hoc stirps dauid fuerit reprobata a deo. Unde si bene aduertisti sic legitur ibidem. Ipse inuocabit me pater meus es tu deus meus et susceptor salutis mee: Et ego pmogenitum ponā illū excelsum pre regibus terre. Si autē dereliquerint filij eius legem meā: et in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint et mādata mea nō custodierint

visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo neque nocebo in veritate mea: neque prophanabo testamentum meum: et que procedunt de labiis meis non faciam irrita. semel iuraui in sancto meo. si dauid mentiar semen eius in eternum manebit etc. Licet igitur sathan supradicti reges filii dauid peccauerint et deum irritauerint tamen ipse deus visitauit in magnis verberibus peccata eorum iuxta pactum supradictum propter quod non tollitur quin deus fuerit incarnatus de stirpe dauid quam tu dicis reprobatam. illorum autem punitio patet in allegationibus tuis. Si diligenter inuestigaueris: quamuis autem xpus non fuerit incarnatus ex regali linea Salomonis propter regnum peccatorum incarnatus est ex linea nathan filii dauid fratris vterini salomonis. vt dicitur Luce. iii. Nam vt dicitur. i. Paralip. iii. Dauid habuit quatuor filios ex bersabee in hierusalem quorum tertius fuit nathan et quartus salomon Nam melchi existens de genere nathan genuit panthera: et panther genuit barpanthera et ab hoc genitus est Joachim qui fuit pater huius adolescentule virginis de qua loquitur. Ait sathan o moyses quomodo dicis hanc esse virginem et incorruptam nonne hodie est quadragesimus dies purificationis eius. Tu dicis nunc contra legem tuam. Nonne tu dixisti. Leuit. xii. Mulier si suscepto semine pepererit masculum immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstrue: et die octauo circumcidetur infantulus. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis sue. omne sanctum non tanget nec ingredietur sanctuarium donec impleantur dies purgationis sue etc. Haec ibi. Si ergo adolescentula ista vadit ad templum purificanda: sequitur quod sit immunda. Ecce qualiter ista lex contradicit dictis superius a te. vnde purificatio mulieris post partum districte seruabatur in lege. vt habetur in cano. dist. v. ca. iii. §. primo. Respondit moyses illud quod dicit Aug. sermone. ii. huius diei dicens. Siquidem ad huius virginis distinctionem dixi. mulier si suscepto semine peperit. videbam enim istam sine susceptione seminis parituram. ideo non fui ausus dicere absolute mulier si peperit immunda erit. Ait ergo sathan quare igitur circumcisus est xpus quare hostias obtulit pro emundatione sua genitrix eius? Respondit moyses. hoc fecit propter quatuor rationes. Primo vt nobis exemplum humilitatis daret. Unde Beda in homelia hodierna dicit sic. Sicut dominus et saluator noster qui diuinitatis legem dedit apparens in homine fieri voluit sub lege vt eos qui sub lege erant redimeret et vt adoptionem filiorum reciperemus. ita etiam beata dei genitrix que singulari priuilegio supra legem fuit pro ostendendo humilitatis exemplo legalibus subdi non refugit institutis. iuxta illud viri sapientis. Quanto magnus es humilia te in omnibus. Haec beda. Secundo vt legem impleret: non enim venerat dominus legem soluere sed adimplere Nam si in hoc legem soluisset potuissent se iudei excusare et dicere quod doctrinam tuam non recipimus: quoniam dissimilis es patribus nec legis traditiones obseruas. Tertio vt legem purificationis terminaret: sicut enim adueniente luce cessat tenebra. sic adueniente purificatione vera cessat purificatio typica. Unde deinceps nec patres tenentur ad solutionem nec matres ad purificationem: vel templi ingressionem: nec filii ad vllam redemptionem. vt habetur in canone distin. v. Si mulier. Extra de purificatione. ca. vno. Quarto vt nos purificandos instrueret. vnde Aug. lib. ii. contra pelagianum dicit sic. Liberum inquit arbitrium primus homo perpessus dum suis inconsulte vtitur bonis: cadens in preuaricationem in eiusque profunda demersus nihil quemadmodum exinde resurgere posset inuenit suamque in eternum libertate decepit: hac ruina iacuisset oppressus: nisi eum postea xpi pro sua gratia releuasset aduectus: quoniam per noue regenerationis purificationem omne preteritum vicium sui baptismatis lauacro purificauit. Haec aug. Ecce sathan quibus omnibus virgo dei genitrix ad templum accedit non purganda a maculis quas non contraxit sed vt testimonium accipiat a sanctis patribus vtriusque sexus quo ad eius virginitatem. puritatem: et innocentiam: et vite sanctitatem. Ait sathan. ostende mihi hos testes in quibus fuerit status dignitas: fidei puritas: et morum grauitas. vt habetur. iii. q. iiii. ca. testes. §. sequenti. Et de quibus presumatur quod veritatem facti magis sciant. xxxv. q. vi. ca. i. Respondet moyses sicut mulier suscepto semine pariens filium arcebatur ab ingressu templi per. xl. dies. Sic beata virgo predicatur vere innocentissima octo testibus inter viros. et. xl. inter mulieres. Testibus inquam bone opinionis. vt habetur. ii. q. i. capi. in primis circa medium. iii. q. v. ca. suspectos. iiii. q. iii. ca. testes. §. i. Nam de vnoquoque horum mirus est dubitandum vbi prior vita qualis fuerit testimonium reddit distin. vi. ca. miramur. Hii autem testes processionaliter accedunt ordinate cum beata virgine ad templum et testimonium ei reddunt. vnde Ambros. in homelia hodierna dicit sic. Non solum ab angelis et prophetis, a pasto-

ribus ꝛ parētibꝰ: sed etiā a senioribꝰ ꝛ iustis
generatio: dñi accepit testimoniū. Dis etas
ꝛ vterqꝫ sexus eueīuūqꝫ miracula fidē astru
unt. virgo generat: sterilis parit: mutus lo-
quit. Elizabeth pphetat: magus adorat: vte
ro clausus exultat: vidua cōfitet: iustus expe
ctat. h Ambros. Cōuersus moyses ad bea-
tam v̄ginē dixit illud Bernardi in quodam
sermone sic. Uere inq̄ ex hoc beatā v̄ginē
te dicent oēs gn̄ationes q: oīibus gn̄atio-
nibꝰ vitā ꝛ gloriā genuisti. In te em̄ angeli
leticiā: iusti gratiā: pctōres inueniūt veniam
in eternū. merito in te respiciunt oculi oīs
creature. q: in te ꝛ p te benigna manus oīpo
tentis q̄cquid creauit recreauit ac restaura-
uit. hec Bern̄. Tunc btā virgo ait. Ecce em̄
ex hoc beatā me dicent oēs generatiōes: q:
fecit mihi magna q̄ potens est. Moyses ait
Tibi o btā v̄go tam magna ꝛ stupenda do
na dedit altissimus vt vere benedicta dica-
ris in eternū. siquidē in te vna sunt benedi-
ctiones oīum iustoꝝ q̄ tecū pergunt ad tem
plū pcessionaliter. ¶ Primus in hac p
cessione est adam q̄ primo genuflectus corā
beata v̄gine corā oībus assistentibꝰ in ordi-
ne ꝛ gradu suo. Sic alloquit beatā virginē
dicens. Mihi o filia dilectissima tanq̄ pmo
parenti gn̄is humani data est originalis iu-
sticia per quā fui in innocentia cōstitutꝰ: tibi
datus est sol ꝛ fons iusticie per quē nocētes
ꝛ pctōres ad statū sempiternalis innocētie
pducunt. Ego de statu meo tam nobili p pec
catū cito pdita iusticia de paradiso cecidi: ex
quo tā me q̄ meā posteritatē corrupi ꝛ ad
mortē cōdēnaui Tu vero de massa ipsa cor
rupta ↄcepta tantā gratiā sancti spūs es as
secuta: vt seruata semp innocētia integrali
ipsam vitam oīm viuentiū traxeris de celo
ad terrā per quā oībus credentibus incorru
ptio ꝛ vita ppetua cōdonata est. Ego ppter
inobedientiā maledictionē merui. tu ppter
obedientiā cōpletā maledictionē totius ge-
neris humani in benedictionē oīmodā cō
uertisti. Tunc btā v̄go dixit astantibꝰ illud
qd̄ ponit Aug. pmo lib. meditationū. ca. i. di
cēs sic. O q̄ dirus ꝛ durus ē casus iste. Heu
q̄d pdidit homo ꝛ q̄d inuenit: q̄d recessit ꝛ
quid remāsit. pdidit beatitudinē ad quā fa-
ctus est: ꝛ inuenit miseriā ppter quā factus
nō est. Abscessit sine quo nihil felix est: ꝛ re-
mansit qd̄ p se non nisi miserū est. quare sic
obserauit nobis lucē: ꝛ obduxit tenebras.
Ut q̄d nobis abstulit vitā ꝛ inflixit mortem
erūnosam. vñ sumꝰ expulsi: quo sumꝰ impe
lli. vñ precipitati: quo obruti. Rñderūt iusti
astātes dicentes. a patria in exiliū: a visiōe
dei in cecitatē mētis: a iocūditate imortalita
tis: in amaritudinē ꝛ horrorē mortꝭ. Tūc ait
btā v̄go misera mutatio est de q̄to bono in
quātū malū: graue dānū est grauis dolor ē
graue tormentū est. Exclamauit autē adam
corā oībus ꝛ ait. O felix culpa q̄ talē ac tan
tum meruit habere redēptorē. Et subiunxit
illud qd̄ ponit Fulgētius in s̄mone de nati
uitate dicēs. Magnū mysteriū dilectissimi
magnū diuine dilectionis indiciū. Ego homo
deum ↄtēnens: a deo recessi. deus hoīem dili
gens ad hoīes venit. Dilexit impiū: vt face
ret iustū. dilexit infirmū vt faceret sanū. dile
xit puersum vt faceret rectū. dilexit mortuū
vt faceret viuū. Et q̄d amplius dicā q̄ndē
deus vnigenitus humanā naturā sic dilexit
vt eā nō solū a ptāte maligni angeli libera
ret: verū ꝛ in seipso sup oēs bonos angelos
in patris dextera collocaret. Natura em̄ que
in me pmo hoīe a malo angelo captiuata fu
erat: ipa nūc in scd̄o hoīe sup oēs bonos an
gelos regnat. Natura q̄ i me mūdū pcā polluit
ipsa nunc in scd̄o hoīe mundū a pctō mū
dauit. Me p̄mū hoīem mulier corrupta mē
te decepit. scd̄m hoīem v̄go incorrupta v̄gi-
nitate cōcepit: in mea cōiuge nequitia dyabo-
li seducta deprauauit mentē. in scd̄i aūt hoīs
matre gratia dei ꝛ mentē integrā seruauit ꝛ
carnē. Menti cōtulit firmissimā fidē. carni
abstulit oīno libidinem. Igit q̄m miserabili
ter per me dānatus est homo: ideo sine pctō
mirabiliter de v̄gine natus est deus ꝛ homo
hec ille. Et sicut ego formatus fui a deo ex
terra v̄gine sine humano semine: sic xp̄s de
bebat nasci ex v̄gine de spū sancto sine viri
li semie. Tunc moyses surgēs in ↄgregatio-
ne iustoꝝ. ait illud qd̄ ponit Fulgen̄. vbi. s.
sic. Attēdite fratres medicinalis grē lineas
diuina nobis benignitate mōstratas p pmi
hoīs culpā cepit dyabolus homi dn̄ari: per
scd̄i hoīs grām cepit ab hoīe supari. Super
pmum superbus: sub scd̄o captiuus. p illum
nos captiuatos tenuit: p istū nos liberatos
amisit. Primus adam nobis auctor extitit
culpe: nouissimꝰ adam nobis extitit grē. Ille
de limo plasmatus terrenos ptulit: iste de
spū sancto natus: celestes effecit. Per illum
pdidimꝰ grām potē: p istū recepimꝰ āplior ē
Ille q̄ppe nobis intulit pcī maculā cū q̄ na
sceremur ad suppliciū: iste nob ptulit iustifica

tionis gratiaȝ qua renasceremur ad regnū. Per illuȝ filios ire nos gñatio carnalis edi dit: p istū nos filios dei gñatio spūalis exhi buit. Ille nos vicijs subdidit. iste nos flore ꝟtutib⁹ fec. ille nos pcicia deiecit q̄ pm⁹ ceci dit. Iste nos p ꝟtutes eleuat q̄ pmus ascē dit. hec Fulgentius. Hec oīa celebrata fue runt in thalamo ꝟginis gloriose in quo fecit dñs magna. Secundus qui vadit pariter cū adam est abel genu flectens corā beata ꝟ gine ⁊ dicēs. Ego quidē a summo deo filio tuo obtinui ꝟginitateȝ ⁊ martyriū ꝑpter q̄ iustus a dño vocat⁹ sum: sed ꝟginitas mea fuit infecunda: qꝛ non genui filiū nec filiam in hoc mūdo. Martyriū meū ad salutē me am solius ꝓfuit. sed vt dicit Aug. in sermōe de natiuitate dñi. Lacta mater xpum dñm nostrū ⁊ cibū: lacta panē de celo venienteȝ: lacta eū qui talem fecit te vt ⁊ ipse fieret in te: qui tibi ⁊ munus fecunditatis attulit cō ceptus. ⁊ donū non abstulit ꝟginitatis na tus. Qui sibi etiā anteq̄ȝ nascere: ⁊ vterum de quo nasceretur: ⁊ diem in quo nasceretur: ⁊ ci uitatem in qua nasceretur elegit ⁊ ipse condi dit qḋ elegit. sic nāq̄ȝ olim predictū est. Ma ter syon dicet homo ⁊ homo natus est in ea ⁊ ipse fundauit eam altissimus. O oīpotē tia nascentis. O magnificētia de celo ad ter ram descendētis. hec ille. Tu nāq̄ȝ es virgo sed fecūda: qꝛ mater imaculata: mater incor rupta: mater intacta: mater vnigeniti dñi et regis oīm: plasmatoris ⁊ creatoris cunctoꝝ. Illius q̄ in excelsis sine matre ⁊ in terra est si ne patre. Illius qui in celis ſm deitatem in sinu est patris ⁊ in terris ſm corporis susce ptionē in sinu est matris hec Origeñ. in ho melia. Sed quid dicam de martyrio tuo be ata virgo. sic em̄ de te fuerat ꝓphetatū ⁊ tuā ipsius animā pertransibit gladius. Subito nāq̄ȝ vt venter tuus intumuit diuino fetu an gustie occupauerunt mentem tuā tribulatio nesq̄ȝ cordis tui multiplicate sunt. Ex vna p te erat zelus pudoris ꝟginei: ⁊ fama purissi me honestatis. Ex alia parte erat humilitas qua secretum tenebas mysterium incarna tionis filij dei. Unde nihil dicebas q̄ tuam excellentiam ⁊ reputationem pretenderet in ter hec vero cernebas sponsum tuum pre ad miratione suspensum ⁊ quasi turbatum vi dentē te grauidā nec cognoscentē sacramen tum. dicebat em̄ intra se. Cognosco sanctita tem pudicitiā virginitatem huius adolescē tule in cuius moribus corruptele nū ꝑpendi vnq̄ȝ q̄ nec viri ꝯuersationē etiā momētaneā aliq̄n habuit. vñ ergo intumescit vterus ei⁹? Iustus ille colluctabat mente sua. vñ mēta lis hec turbatio extendebat exterius per ali qua signa: qḋ tu aduertens non modicā af flictionē spūs patiebaris ⁊ sustinebas. dice bas em̄ intra te. Quid nūc paupcula faciaȝ tam ꝓfundū ⁊ admirabile mysterium nulli nisi cui dñs mandauerit debeo reuelare. Eti am si reuelarem non adhiberet fides dictis meis. Si taceo huic sancto seni mee virgini tatis custodi suspecta efficiar: pudorisq̄ȝ vir ginei sacra fama recipiet maculaȝ: qꝛ dicent alij quomodo fuit virgo. de qua conquestus est sponsus eius? Et quod mihi pregrauissi muȝ est nō modo tenerrimus honor mee ꝟ ginee puritatis: sed ⁊ tanti filij nasciturí de cor ⁊ gloria infamia polluet. Angustie missi mihi sunt vndiq̄ȝ. Et quod eligam ignoro si indicauero donum dei: forsitan donantē of fendam. Si autem occultauero tam ꝟgini tas mea q̄ȝ proles incurrent infamiā. Pre terea ad maiorem afflictionem tuaȝ erat: qꝛ videbas sanctum illum senem nolle tecum habitare. dicebat em̄ intra se. Si non fallor video: non potuisse tantam pudicitiā viola ri: video tamen oculis ipsam filiuȝ concepis se: aut ergo non cōcepit de hoīe: aut hoc est diuinū ⁊ supercaeleste mysterium quoꝝ quo libet dato consultius mihi videt occulte di mittere eam. Hec si peccauit ⁊ occulte: quod non credo: occulti sceleris non debeo esse re uelator aut homicidij perpetrator: nec rur sus debeo cohabitare peccanti. Si autem di uino miraculo hoc actū est non sum dignus vt tante sanctitati co. abitem: nisi deus ipse iusserit. Tutius ergo est vt secedendo dem locum diuino q̄ȝ iudicio committam. Tu au tē quantū affligebaris mente ex hijs signis Unde dicebas si sanctus ⁊ iustus hic senex me deserit: quid inde vulgus poterit estima re? Quid tenella ⁊ verecunda puella tunc fa ciam? Quid respondebo si sceleris arguat vi debit quisq̄ȝ plenitudinem ventris mei. Ui debit sponsum iustum reliquisse me pregnā tem: quis nisi facinus iudicabit? Nunquid qḋ vni iusto reuelare nō debeo populari vul go ꝑdicabo. Etiā si reuelarē mysteriū: vulg⁹ isipiēs nō capax reꝝ dīnarū ⁊ sacroꝝ celestiū lapidādā me acclamabit ex lege nec pl⁹ ꝓsta bit fid ē cuiq̄ȝ ꝟbo meo q̄ȝ facto iusti me tan q̄ȝ peccatricē deserentis. Quinetiam si iure iurādo expetetur an corpus meū tetigerit

tanq̄ iustus τ verax h' om̄o negabit. Quid ergo cōtra me faciet vulgaris impetus fiens His argumētis affligebaṫ mēs tua: sed superna v̄tus filii dei quē vtero tuo gestabas noluit te diu affligi: q: fidelis est deus q̄ non patieṫ vos tēptari supra illud quo potestis: sed faciet cū tēptatione ꝓuentū. vn̄ misit angelū suū q̄ sancto seni reuelauit in somnis te de spū sancto saluatorē nostrū concepisse: cui mādauit ne te desereret sed custos τ testis tue v̄ginitatis τ nasituri filij deitatis ꝑmaneret. Qui deinceps te nō vt sponsā: aut filiā: sed tanq̄ dn̄am τ reginā celi τ terre venerabaṫ humiliter petens veniā a te: conferens tecū cogitatiōes suas. vt autē ait Bernardus in quodā sermone. Uere btā virgo non habes causā nec tibi opus est purificatione: sed nunq̄d filio tuo opus fuit circuncisione? Esto inter mulieres tanq̄ vna illarū Nā τ filius sic est in medio pueroꝝ. h Ber. Tunc btā v̄go dixit illud qđ ponit Aug. in quodā sermone sic. Ego filiū generaui: sed v̄ginitatē meā non violaui: regnū tenui virginitatis: q: regē genui castitatis. ingredientem τ egredientē habui in palatio ventris mei filiū imperatoris: τ manibus meis non amisi clauim pudoris. Porta facta sum celi ianua facta sum filio dei: illa porta facta sum clausa quā in visione diuina vidit Ezechiel ꝓpha. hec ille. Surgens autē abel astantib' iustis dicit illud qđ ponit Origenes in homelia sup illo verbo. Cum esset desponsata τc. exclamās magno feruore sic. O magne admiratiōis gr̄a. O inenarrabilis suauitas O ineffabile magnū q̄ sacramentū. ipsa eadē v̄go: ipsa τ mater dn̄i: ipsa genitrix ipsa eius ancilla ipaq̄ eū genuit. Quis istā nnq̄ audiuit? Quis vidit talia? Quis hec excogitare potuit vt ipsa mater virgo esset intacta generaret q̄ τ virgo ꝑmansit τ genuit. h ille. Statimq̄ affuit moyses dicēs illud qđ ibi sequiṫ in Orig. sic. Sicut quondā rubus cōburi videbaṫ τ ignis eū nō tangebat: τ sicut tres pueri in camino inclusi habebanṫ: τ tn̄ eos nō ledebat incendiū: nec odor fumi erat in eis. vel quēadmodū danieli intra lacū leonum incluso claustris non apertis allatū est prandiū ab abacuch. ita τ hec sancta virgo genuit dn̄m sed intacta ꝑmansit. Mater effecta est: sed v̄ginitatē non amisit. Genuit infantem: τ v̄go permansit. Uirgo ergo genuit τ v̄go ꝑmansit. Mater filij facta est τ castitatis sigillū non perdidit. hec ille. Dixerunt autē iusti. Quare sic factū est? Respendit moyses: q: non homo iste tantū q̄ videbaṫ: sed vnigenit' erat τ deus q̄ in carne aduenerat. hec origen̄. vbi sup̄. Ecce dignitatē v̄ginis in abel. ¶ Tertius q̄ vadit in comitiua beate v̄ginis est Enoch qui genu flectēs ante eam dixit. Ego cū deo ambulās translat' sum in paradisū: s̄ tu v̄go btā es ortus ꝯclusus fons signatus: emissiones tue paradisus. vere ortus deliciarū: in quo cōsita sūt vniuersa genera floꝝ τ odoramētā virtutū sicq̄ cōclusus vt nesciat violari: nec vllis insidiarū fraudibus corrumpi. Fons quoq̄ sigillo totius trinitatis signatus: ex quo fons vite manat in cui' lumine oēs videmus lumen. Sicut paradisus est locus oriētalis nobilis a terra eleuatus Sic beata v̄go es terrestris paradisus alta' plusq̄ paradisus: q: si in illo fuit positus adam a deo creatus in te positus est dei filius homo nouus q̄ ꝓm deū creatus est. Ille in innocētia cōstitutus: tu autē in materno vtero sanctificata. Ego puto q̄ copiosior sanctificatiōis benedictio q̄ in alijs sanctis abvtero sanctificatis in te descenderit q̄ non solū tui ortū sctificaret: s̄ etiam vitā ab om̄i pctō deinceps imunē conseruaret qđ alteri nemini in natis q̄dem mulierū crediṫ esse donatum. O vere lignū vite qđ solum fuit dignū portare fructū. Et sicut campus paradisi terrestris sine om̄i humano floret āminiculo: non seminatus ab aliq̄ non defossus sarculo: nō impinguatus fimo. Sic beata virgo floruit aluus tua. Sic inuiolata integra τ casta tua viscera tanq̄ pascue eterne viroris florem ꝓtulerūt. Cui' pulchritudo nō videt corruptionē. Cuius gloria in perpetuū non marcescet. Tunc beata virgo dixit illud qđ ponit Aug. s̄mone quarto de natiuitate dn̄i sic. Uirgo concepit virgo peperit non te conturbet iste ꝯceptus: partus non te cōfundat auditus qn̄ v̄ginitas q̄q̄d est humani pudoris excusat ad quem venit angeloꝝ legio vbi iniit deitas cū amica semper sibi integritate cōsortiū. vbi ē interpres angelus. fides ꝓnuba. desponsatio castitatis donatio virtus: iudex cōscientia: cā dei: cōceptus integritas. virginis partus virgo mater. hec ille. Surgens autē enoch in medio iustoꝝ dixit illud qđ ibidē sequiṫ sic. Nemo nostrū iudicet humanū modū: qn̄ diuinum geriṫ sacramentū. Nemo mysterium celeste discutiat eruditione terrena. Nemo in eo cōsingulare est mediteṫ exempla. Nemo cali

niam de pietate componat nemo sibi pi̇culuz
subeat ꝛ p altiora que desiderat recurrat ad
legē. Per legē enī lucis sciam q̄rat auctoris
hoc factuz auc̄te cognoscat deitatis: hec ibi.
Tunc moyses ait illud quod ponit Ambro
sius lib. ij de v̇ginitate sic. Quid nobiliꝰ dei
matre? Quid castius ea. q̄ corpus sine cor-
poris cōtagione generauit? Quid splēdidiꝰ
ea: quā splēdor summus elegit. Et vt de cete
ris taceā v̇go erat nō solū corpe sed etiā mē
te: corde hūilis: animo grauis: v̇bo prudēs
loquēdi parcior: legēdi studiosior. nō in incer-
to diuitiarū sed in p̄ce pauperū spē ponens
intēta operi: verecūda s̄mone: arbitrio men
tis nō hoīem sed deū querere studuit: nullū
ledere: oībus bene velle: maioribus assurge
re: ronem sequi: v̇tutē amare: q̄n ista fastidi
uit humil'r: q̄n vitauit inopem? nihil in oculis
toruū: nihil in v̇bis p̄cax: nihil in actu inue-
recūdum: nō gestus fractior: nō incessus so-
lutior: nō vox petul'ātior: vt ipsa corpis spēs
simulachrū fuerit mētis figura p̄bitatis: hec
ille. ꝛ sic pz. Quartus qui vadit pariter cū
Enoch ē Noe qui genuflectus ante beatam
v̇ginē dicit sic. De me p̄phetauit pr̄ meꝰ cuz
ait. Iste cōsolabit nos ab operibus ꝛ labori
bus manuū nostrarū in terra cui maledixit
dn̄s. Sed hec p̄phetia nō potuit adimpleri
in me v̇go beata: q̄m a nullis laboribus vel
operibus humanū genus absolui nec conso
latus sum quēq̄ꝫ et tūc viuentibus: nisi p̄pos
filios quos cuz nuribus a diluuio liberaui.
Quid ḡ voluit lamech pr̄ meus intelligere
q̄n cum impositione nois p̄phetauit. Nūq̄d
tp̄e quo maledixit deus terre p inundationē
diluuij: q: me cū p̄dictis iussu altissimi p hu-
mani generis semīe s̄uaui in archa cōsola-
tus sum quēpiam ex p̄cedētibus vel succe-
dentibus a laboribus siue opibus manuuz
suarū? immo post diluuiū videnť supaddita
labores laboribus: cū fructibus terre nō suf
ficiētibus ad humani generis victū carniuz
esus ꝛ vini potus p conditorē sunt hoībꝰ cō
cessi. Pro quoꝝ vsu necessitanť hoīes mag
laborare: s̄ neqꝫ p̄pter vinee fructū: sum ho-
mines magis cōsolatus post me laborātes:
q̄n magis vini gustu denudatꝰ sum in taber
naculo meo. Uere beā mr̄ tu es cōsolatrix q̄
vniuersoꝝ ꝯsolatorē genuisti. manuū nr̄arū
opa sunt. ydola surda ꝛ muta de q̄bus dicit
Simulachra gentiū demonia q̄ carnis lasci
uia: offuscatione mētis: vanitate sensuū fa-
ctus ꝛ a qua insania p̄us liberari nequimꝰ.

q̄ꝫ sacrū corpus tuū v̇gineuz nobis pareret
fructū salut. Hic ḡ fructus. s. corpus scissimū
filij tui de spū sancto cōceptū ac diuinitati p-
sonal'r vnitū: nulli maledictioni potuit subia-
cere. Terra cui maledixit dn̄s est hūani cor-
poris massa v'lis. cuius v̇ginale corpus tuū
fuit ps. In terra ḡ cui maledixit dn̄s cōso-
lationē a laboribꝰ ꝛ ab opibꝰ manuū nr̄arū
inuenimus: q: in massa carnis humane ꝯcu
piscētie maledictioni subiecte. solā te inueni
mus ad p̄ducendū fructū vitalis germis ap
tam ꝛ bn̄dictā. p quā bn̄dictionē accipemus
et nā liberatiōꝫ a cultura detestabili lapidū
et lignoꝝ cōplementū laboꝝ s̄tuosoꝝ cū oī
ꝯsolatione inuenimus in celis mediāte fru-
ctu sacratissimi vētris tui. Accede itaqꝫ ad
templū dei nō purificāda a maculis tuis: sed
vt nos purificatos a sordibꝰ petōꝝ offeras
filio tuo. Tūc beata v̇go dixit. Ego q̄si vitis
fructificaui suauitatem odoris: ꝛ flores mei
fructus honoris ꝛ honestať. Ego sicut vitis
abundās in lateribꝰ domus tue: benedictus
fructus p quē semen incorruptiōis ꝛ supne
hereditatis quā p̄didistis in adaz: hodie re
cepistis ꝛ vere singulariter bn̄dictus qui nō
nr̄o more p quā natus est grām bn̄dictiōis
a dn̄o accepit: se ip̄o ad saluandū mūdū bn̄
dictus q̄ venit in noīe dn̄i. Surgēs aūt noe
in medio iustoꝝ dixit illud Bede in homel.
Exurgēs maria ꝛc. sic de huius fructus ortu
p̄s. mistico spiramine testať dicēs. Et enim
dn̄s dabit benignitatē ꝛ terra nr̄a dabit fru
ctum suū. dedit q̄ppe benignitatē: q: genꝰ hu
manū a reatu p̄me p̄uaricatiōis p vnigeni-
tum suū liberare disposuit: dedit benignitatē
q: eius ingressu virginalis vteri tēplū spūs
sci grā ꝯsecrauit. ꝛ terra nr̄a dedit fructū suū
q: eadē v̇go q̄ de terra corpꝰ habuerat: filiuz
genuit: diuinitate quidē deo prī coeq̄lē: sed
sibi carnis veritate ꝯsubstantialē. de h̄ Esa.
tp̄s humane redēptionis intuēs ait. In illa
die erit germē dn̄i in magnificētia ꝛ glīa et
fructꝰ terre sublimis. Germē nāqꝫ dn̄i fuit
in magnificētia ꝛ glīa. Cū sempiťnꝰ dei filiꝰ
in carne tpaliter apparēs magnitudine v̇tu
tū celestiū mūdo clarus effulsit. fructꝰ q̄s ter
re sublimis est effectꝰ q̄n carnē quā de nr̄a
natura mortalē deus suscepit imortalem ad
celos subleuabit. h̄ ille ꝛc. Quītus q̄ vadit
in comitiua bte v̇ginis est melchisedech rex
salē q̄ ꝛ ip̄e est Sem. vt dicit Hieronymꝰ in
ep̄lis ꝛ genuflectēs an̄ ip̄am dixit. Ego qui
dem a deo altissimo oportuit vt essem rex et

sacerdos. tu vero mater gratie genuisti nobis solem iustitie qui eternum regnum ac indeficiens sacerdotium secum ferens nomodo vere est rex et sacerdos perpetuus: quietiam nos immeritos et pusillos faceret gratie sue participes. deo nostro regnum et sacerdotes. Tunc beata virgo dixit illud Augu. in lib. lxxxiij. questionum. q. lxviij. Dominus iesus christus rex et sacerdos est qui pugnando pro nobis vincendi monstrabit exemplum in carne mortali peccata nostra suscipiens. Itaque ipso duce ab hostibus et laboribus huius peregrinationis nostre tanquam ab egypto liberamur: et persequentia nos peccata sacramento baptismatis nobis euadentibus obruunt. Eodem ipso duce in hierusalem celestem. tanquam in terram promissionis introduci posse presumimus in eternum ibi regnante ipso et custodiente seruari. Ipse etiam sacerdos noster in eternum secundum ordinem melchisedech: qui seipsum offert holocaustum pro peccatis mundi et eius sacrificij similitudinem celebrandam in sue passionis memoriam commendauit vt illud quod tu melchisedech iam obtulisti vide ant fideles per orbem terrarum offerri. Surgens autem melchisedech in medio iustorum dixit. Ego obtuli panem et vinum in sacrificium propter noui corporis et sanguinis institutionem sacramentalem nec miremini quoniam si veritas inuisibilis fuit in igne sacrificij sanctificando secundum ordinem aaron quanto magis veritas inuisibilis debet esse in pane et vino sacrificij sanctificationis secundum ordinem melchisedech. Nonne sacerdotes qui captiui ducti fuerunt in babylonem abstulerunt ignem de altari et saluare cupientes absconderunt eum in speluncam quem ignem post septuagita annos hij qui reuersi fuerant de captiuitate inuenerunt in loco ignis aquam crassam quam accipientes et illam aspergentes sup holocaustum statim accensus est ignis et libauerunt domino holocaustum. vt habetur. ij. Mach. ij. Si ignis sanctus fuit absconditus quomodo reperta est loco eius aqua. Si apparuit aqua vbi erat ignis? Si videbatur ignis vbi erat aqua. Responderunt iusti dicentes. Ignis in aquam et aqua in ignem transubstantiata fuit. Tunc melchisedech dixit illud ad heb. vij. sic. Hic enim melchisedech rex Salem sacerdos dei summi qui est rex pacis sine patre sine matre sine genealogia neque initium dierum neque finem habens assimilatus est filio dei sacerdos manens in eternum: hec ille. ecce quantus comes. Sextus qui vadit pariter cum melchisedech est abraham qui genuflexus coram beata virgine dicit sic. Ego enim accepi a domino quamplurima dona grandia, propter que inter cunctos populos clarus et singularis habitus sum. Nam tunc temporis inter omnes viuentes vocatus sum et omnibus electus sum: ac tanquam optimus omnium sequestratus sum: patriarchali nomine ab ipso domino nominatus sum: plurisque fecunditate miraculose dotatus sum: cunctarum gentium benedictione per semen sanctissimum mihi promissum benedictus sum. Ego sum ille per quem deus corripuit reges: quem magnis diuitijs deus ditauit Ego sum qui tanquam verus dei cultor legem circumcisionis a deo promerui propter sinceritatem fidei mee. Sed quid sunt hec omnia respectu eorum que in te fecit altissimus O virgo beata! Tu enim super omnes creaturas ad ineffabile mysterium incarnationis diuine vocata pariter et electa fuisti, sicque domini redemptoris omnium mater diceris cunctorum electorum patriarcha inclita merito comprobaris. Namque tam excelsam prolem genuisti: per quam omnis hominum generatio spiritualis procedit. Tu es filia super omnes benedicta: per quam omnis promissio de mei seminis benedictione completur. Tu es vere celi terreque regina que illum genuisti cui omnes reges seruiunt tanquam domino in timore et exultant in eo cum reuerentia et tremore, cuius virtute circumcisio et preputium in vna fide ac legis obseruantia iunguntur: et verus cultus diuini nominis per vniuersam terram dilatatur et ampliatur. Et cum amplitudo hereditatis mihi promitteretur non dubitaui id fiendum. sed rei quam crediderant aliquam similitudinem optabam qua eius modum agnoscerem. sic non fuit diffidentie in te quando dixisti gabrieli quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. quod enim futurum esset certa eras: sed modum quo fieret inquirebas. Et hoc cum que simulles audiuisti. Spiritus sanctus superueniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Denique mihi similitudo data est de animalibus. scilicet iuuenca capra et ariete et de duabus volucribus celi scilicet de turture et columba vt secundum hec scirem quid esset futurum. quorum horum similitudinem tenet hic benedictus filius tuus siue propter iugum legis in iuuenca. siue propter similitudinem carnis peccati in capra. siue propter regni dominium in ariete vt et tu hodierno die accedas cum turture ad templum et columba propter simplicitatem et innocentiam vite tue hoc ipso partu tuo demonstrandam. Nam innocentia tue virginitatis designatur in turture: et simplicitas tue sanctitatis designatur in columba. Hec enim offerre debes iuxta legis preceptum, quemadmodum in euangelio hodierno dicitur. Par turturum aut duos pullos columbarum propter geminam dilectionem dei et proximi. Tunc beata virgo dixit illud quod ponit sanctus Tho

mas.iij.parte.q.xxxi.arti.viij.i rñ.sic.lz oẽs iste pmissiones diuinitus tibi facte iam ve rificent in filio meo: h tñ deest: q: in lumbis tuis nõ fuit decimatus. Probat enĩ apl's he bre.vij. Maius esse sacerdotiũ quod est sz ordinẽ melchisedech sacerdotio ipo leuitico vt pz p h q tu Abrahã dedisti decias melchi sedech adhuc leui existẽte in lũbis tuis ad quẽ ptinet legale sacerdotiũ. Si aũt filius meus esset decimatus in te nõ esset eius sacerdoti um sm ordinẽ melchisedech sz min⁹ sacerdo tio melchisedech. Unde xp̃s nõ est decima tus in lumbis tuis sicut leui. Ille enĩ q deci mas dat: nonẽ sibi retinet z decimã alij attri buit quod est pfectionis signũ: inquãtuz est quodãmõ t'miũ⁹ oĩm nũerorũ q pcedũt vsqz ad decẽ. Unde ẽ q ille q decias dat ptestat se ipfectũ z pfectõez alij attribuẽ. Impfectõ aũt hũani gñis ẽ ppt' pctm qd idiget pfecti one eius qui a peccato curat. Curare autez a pctõ est solius xp̃i. Ipe est enĩ agnus qui tollit pctã mũdi. vt dr Ioh.i. Figurã autem eius gerebat melchisedech vt apl's pbat ad Heb.vij. Per hoc g q tu Abrahã decimas dedisti melchisedech prefigurasti te velut in pctõ conceptũ. z oĩs qui a te descẽsuri erãt ea rõne vt pctm originale zherent indigere curatione que est p xp̃m. Ysaac aũt z iacob z leui z oẽs alij sic fuerũt in te vt ex te deriuarẽ tur nõ solum sm corpulentã substantiã: sed etiã sm rõnem seminalẽ p quã pctm origia le contrahit. ideo oĩs in te sunt decimati. i. pfigurati indigere curatiõe que est p xp̃m. Solus aũt xp̃s sic fuit i te vt a te deriuaret nõ sm rõnem seminalẽ. sz sm corpulentam substantiã: ideo nõ fuit in te sicut curatione indigens. sed magis sicut vulneris medicia Unde nõ fuit in lũbis tuis decimat⁹. ppfea Aug. lib.iij. sup geñ ad lraz dicit. nõ est xp̃s in abrahã decimatus cuius caro inde nõ fer uore vulneris: sz materiã medicamis traxit: hec thomas vbi supra. Surgẽs aũt abrahã in medio iustoz dixit illud Augu. in homel. de abrahã sic. Ego pr multarũ gentiũ dict⁹ sum. Oĩs enĩ gentes q in xp̃m crediderũt et credituri sunt: filij abrahe sunt imitando fidem non nascendo per carnem. Nam sicut iudei per infidelitatẽ degeneres facti sũt. ex filijs abrahe filij dyaboli: z pgenies vipera rum: ita ecõtrario omnes gentes i dominuz xp̃m fideliter credẽtes abrahe filij effici me ruerunt. Tunc moyses dixit illud Augusti. super ps.civ sic. Semen Abrahe sunt omes filij promissionis pertinentes ad eternã he reditatem testamenti eterni: vt tanq̃ ipam hereditatem sibi eligant deum: z eum gra tis colant. i. propter ipsum non propter ali quod emolumentum mercedis extra ipsum et hoc faciant laudantes: inuocantes: annũ tiantes: non in suam sed in eius gloriaz. per fidem bene operantes: spe gaudentes: chari tate autem feruentes: hec ille. Septimus qui vadit in comitiua beate marie virginis est ysaac et genuflectens ante eam dixit sic. Ego sum heres Abrahe in quo promisit de us vocare et suscitare illi semen. Ego tanq̃ heres eius vnicus signorum et miraculo rum illi ostensorum particeps fui. Nisi enim me orante non potuit vxor mea concipere: precedente fere viginti annorum sterilitate que tamen duorum populorũ mater futura erat. Natis autem duobus geminis electio mea a diuina predestinatione longe erat cũ vellem benedicere maiorem deo disponen te benedixi minorem. Sed quid significant hec parua virgo a deo preelecta: nisi stupen da i la et mira que in te fecit deus omnipo tens. Tu es illa que fecundatione sterilitatis cognate tue Helizabeth ab archangelo gabriele percepta mox verbum fidelissimum et humillimum protulisti orando vt merea ris omnium populorum salutem tuo virgi nali vtero concipere quando dixisti. Ecce an cilla domini fiat mihi sm verbum tuum. Tu es illa que non geminos filios: sed vni cuz gemine tamen substantie scilicet diuine et humane genuisti: qui perfectissimus he res eterni patris: primogenitus in mul tis fratribus. duos populos scilicet iudaicũ et gentilem tanq̃ lapis angularis coniũxit in vnam fidem: vt secum heredes faceret vi te eterne. Licet autez iudaicus populus esti maret se preferri ceteris populis: in benedi ctione altissimi: quia prius legem mandata et benedictionis datorem susceperat: tamen tua humilitas qua ad templũ p nobis pur gandis accedis genti i populo bñdictionez salutarem condonat. Tunc beata v̓go dixit illud quod ponit beda in homelia hodierna sic. Lumen quidem vtriqz populo z salutare dei xp̃s a deo parat: qui tamen ad gloriam magis israel a quo diu speratus z ex quo p̃ nunciatus aduenit. Gentium vero dicitur esse reuelatio: quarum mentis oculos pro

funda iam cecitate demersos neqꝫ vlla spe aduentus dñici erectos ipse visitare: pariter ꝛ releuare atqꝫ illustrare dignatus est. ꝛ bene reuelatio gentiū israeli ꝑfert: q2 cū plenitudo gentiū introierit: tūc oīs israel saluus fiet quod vidit ꝓs cū diceret. Notum fecit dñs salutare suū ante cōspectū gentiū reuelauit iustitiam suā. subiūxit atqꝫ ait. Memor fuit mīe sue iacob ꝛ veritatis sue domui israel: h̄ ille. Surgēs aūt ysaac in medio iustorum dixit illud leonis pape in ſmone de natiuitate dñi sic. Exultet sanctus: q2 appropinq̄t ad palmā. gaudeat petōr q2 inuitat̃ ad veniā: animet̃ gentilis q2 vocat̃ ad vitā. Dei nāqꝫ filius ſm plenitudinē tpis. quā diuini consilij altitudo inscrutabilis disposuit recōciliandam auctori suo naturā generis assumpsit humani: vt inuētor mortis dyabolꝰ ꝑ ipsā quā vicerat vinceret̃. In quo cōflictu ꝑ nobis inito magno ꝛ mirabili equitatis iure certatum est. dū omnipotēs deus cū seuissimo hoste nō in sua maiestate ſ; in nostra humilitate congredit̃ obijciēs ei eandē formam eandēqꝫ naturā: mortalitatis quidē nostre participē: sed totius pcti exptē. Nihil aūt in ista singulari natiuitate de carnis ꝯcupiscentia transiuit. Nihil de pcti lege manauit: hec ille. Tunc moyses vidēs iustos admirari in ṽbis ysaac volens declarare mysteria huiꝰ excellētissime natiuitat̃ dixit illud qđ ponit Augustinus in quodā ſmone sic. Qui lapideas inscripsit tabulas sine stilo ferreo: ipse grauidauit mariam spū sancto. Qui ꝓduxit panes in heremo sine sēmine: ipse virginē impregnauit sine corruptiōe. Qui fecit ṽgam sine pluuia germinare. ipse fecit filiā dauid sine semine generare. Non legistis esayam ꝓphetā eximiū. Ecce inq̄t ṽgo cōcipiet ꝛ pariet filiū. Quod ḡ legistis in scripturis: aspicite in maria oculis nō obscuris vt dicat̃ cāticū dauid. Sicut audiuimus sic vidimus i ciuitate dñi ṽtutum in ciuitate dei nostri ꝛc.

Octauus q̄ vadit pariter cū ysaac est iacob filius eius genuflexus corā beata ṽgine dicēs sic. Inter ceteros q̄ magna obtinuerit a dño ego nō pua assecutus sū. Nāqꝫ p̄mo geniture bñdictionē diuina dispositiōe ꝯtra ordinationē p̄ris mei ysaac ꝓmerui. scalam in via ꝓ situs attingentē celū ꝑ quā angeli descendebāt ꝛ ascendebant dñmqꝫ innitum scale dormiēdo ego clare vidi: vxorē: plem: diuitias nō obstātibus calūnijs deceptorū adiuuāte dño acquisiui. Rediens autem ꝛ timēs fratris mei insidias castra dei habui obuiā et cū angelo tota nocte vsqꝫ mane luctatus sum: ac israel magno mysterio vocatus sū. Sed qđ sunt hec ṽgo gloriosa respectu eoꝝ que in te ꝛ ꝑ te opatus est deus? Si enī de benedictione agit̃: tu benedictionem eternā a summo celo vsqꝫ ad terrā trāstuli. Ipamqꝫ tuo sacro gestans vtero ṽginitatꝭ flore ꝑmanēte toti mūdo ꝓtulisti. Unde bñdicta es filia a dño q2 ꝑ te fructū vite cōmunicauimus. Insuꝑ q̄ obsecro est illa scala nisi tua intemerata ṽginitas: ꝑ quā deus ad nos descendit: ꝛ nos ad ipm ascendimus. Ipe enī qui ꝑ te ad nos descēdit: ꝑ te rursū ad se nos facit ascēdere. Que bene celū tangebat ꝛ terrā: quia tu inter deū ꝛ nos posita ipm attigisti ꝑ plenitudinē gr̃e ꝛ nos tecum retines ꝑ naturā. Ascendūt ergo angeli dei ꝑ te ac descendūt: q2 tanta fuit plenitudo ꝛ pulchritudo gr̃e tibi diuinitus cōcessa: ꝙ admirātes eam angelici spūs beati descēdebant ad te venerātes simul ꝛ gratulātes. ꝛ sancti dei hoīes vidētes completas ꝑ te ꝓmissiones p̄m ad dñm vniuersorum qui tecum est ascendāt. Tunc beata virgo dixit illud quod ponit btūs Augustinus lib. xvi. de ciui. dei. c. iiij. sic. Per scalā istā intelligitur ipe xp̄s saluator: quā in memoriā reuocat i euāgelio vbi dicit. Amen amen dico vobis videbitis celum apertum ꝛ angelos dei ascendentes ꝛ descendētes suꝑ filiū hoīs. Surgens aūt iacob in medio iustoꝝ dixit illud Augu. ſmone secundo de natiuitate dñi sic. Facta est maria scala celestis quia ꝑ ipsā deus descendit ad terras vt ꝑ ipam homies ad celos mereantur ascendere. Ipsis enim licebit illuc ascēdere qui deum crediderūt ꝑ ṽginē mariā ad terras descendisse: hec ille. Tunc moyses dixit sic. Uirgo hec regia via est ꝑ quam saluator aduenit ꝓcedēs ex ipsiꝰ vtero tanqꝫ sponsus de thalamo suo. Ipsa est scala ꝑ quam ad nos descend. saluator vt ad ipm ꝑ eam ascēdamus. Studeamꝰ ꝑ eam venire in gr̃am ipius qui ꝑ eam i nostram miseriā venit ꝛ genuflectētes cēteri viri iusti simul cum moyse corā beata virgine dixerūt vna voce. Per te accessum habeamus ad filium. O benedicta inuentrix gratie genitrix vite: mater salutis vt ꝑ te suscipiat nos qui ꝑ te datus est nobis. Ueni in templum: ostende partum diu ꝓmissū diu optatum. vt ꝑ eū ab omnibus facinoribus nostris purgemur. ꝛ purificati i glām

eternam deducamur. Quibus dictis statim affuerunt quadraginta venerabiles domine iuxta quadragenarium numerũ dierũ purificationis reddentes testimoniũ de puritate virginis. ¶ Prima fuit eua q̃ genuflexa coram beata v̾gine dixit illud Bernardi in s̾mone. Signũ magnum ⁊c. sic. Non erat bonũ nobis esse hominez solum: congruum magis erat vt adesset nostre reparationi sexus vterq̃ quoꝝ corruptiõi neuter defuerat Ego nãq̃ crudelis fui mediatrix per quam serpens antiquus pestiferũ ⁊ mihi ⁊ viro virus infudit: sed fidelis tu v̾go sanctissima q̃ salutis antidotũ viris ⁊ mulieribus ꝓpinasti Ego fui ministra seductiõis: sed tu propiciationis. Ego suggessi p̄uaricationem: s̄ tu iniecisti redemptionẽ. Ego comedẽs ꝓhibitum pomũ ⁊ mihi nocui ⁊ viro: sed tu concipiens nobis datum filium ⁊ feminis ꝓfuisti et viris. Ego timens ꝓ peccato abscondor inter ligna paradisi. sed tu gaudẽs ꝓ partu circundaris cetibus angeloꝝ celestis militie dicentium cum gaudio. Gloria in excelsis deo ⁊ in terra pax hominibus bone voluntatis. Ego de paradiso ad exilium mittor: s̄ tu de exilio seculi leuaris in celum. Ego ꝓ corruptionem concipiẽs ⁊ in dolore pariens sub viri potestate fui: sed tu per misterium sp̄us sancti fide cõcipiens cum gaudio peperisti ac reges ⁊ p̄ncipes ouãtes eius cupiũt subijci potestati. Ego posteros ex me nasciturοs trãsmisi ad inferos: sed tu benedicta ex tua ꝓle natos dirigis ad superos vt q̃d vlterius mororꝫ ꝓtrahendo plurima. Ego obfui: s̄ tu ꝓfuisti: quia g̃ oẽs sumus leti ꝓ sanctissimũ partũ tuũ purificari nos ꝯuenit vt vita quã destruxerã per te mĩsericorditer reparetur. vt tuis meritis suffragãtibus filij tui immẽsa pietas nos ꝓtrahat ad coronam eternam: s̄ illa. Sc̄da fuit vxor Noe simul vadẽs cum eua que genuflexa corã beata v̾gine dicit sic Uere beata virgo tu es archa in qua eccl̄ia iustorum saluat̃ ꝓpter officiũ finalem intentionem. Cum eñ vir meus fabricauit archã ex mãdato dei ꝓseruauit humanũ genus a vastitate diluuij in figuraꝫ ꝙ corpus filij tui velut Noe i vtero tuo tãq̃ i archa reciperet̃ in quo saluant̃ omnes electi qui simul vniti in vna fide ad te confugiunt. Unde omnis generis animalia per te saluant̃. vel vt dicit Esayas. q: i regno xp̄i filij tui lupũ cũ agno pardum cum hedo: leonem ⁊ bouem simul ire ad pascua. eorumq̃ fetus simul pasci vidimus. velut dicit petrus quia refert visionẽ vidisse: in qua omnia quadrupedia et bestie terre et volatilia celi intra vnum fidei lintheum continebant̃ quatuor euãgelioꝝ initijs alligatum. vnde in te video, ea p̾cipue fore adimpleta. Primo ꝙ illi qui sunt ex archa tue v̾ginitatis: in te nõ credẽtes filiũ dei cõceptum non saluant̃ licet deo sacrificent: q̃a extra ecclesiam catholicam non est locus sacrificij. vt habet̃ p̄ma questiõe. i c. ex. immo si quis in archa noe. i. in vnitate ecclesie non fuerit peribit regnãte diluuio vt habet̃. xxiiij q i. c. quia vetus. Et sic pereunt philosophi qui negant te virginez potuisse parere salua integritate virginitatis. Pereunt arriani q̃ negant xp̄m sumpsisse verum corpus de te maria v̾gine. s̄ illud fuisse vel celeste vel fantasticum. Pereũt ⁊ valentiniani qui negant xp̄m habuisse animã: sed diuinitatẽ fuisse loco anime. etiam verũ hoĩem te nõ genuisse. Pereunt iudei xp̄m negãtes filium dei: sed pure hominẽ filiũ tuũ et ioseph: iĩo omnes isti diluuio perierunt: quia archa sanctissimi vteri tui per fidem nõ intrauerũt. Secundo illi nõ saluant̃ qui cũ coruo ad archã sanctitatis ⁊ mĩe tue nõ redeunt. Isti sunt qui peccando egrediunt̃ ⁊ recedũt nõ credentes te genuisse saluatorẽ seculoꝝ ⁊ ad vnitatem ecclesie non reuertunt̃: vnde semp corui remanent nec remissionẽ peccatoꝝ aliquãdo recipiunt necq̃ celeste regnũ aliquãdo ingrediũtur. eo ꝙ extra ecclesiam nõ est remissio peccatorum: vt habet̃. xxiiij. q. i. c. quicũq̃. Tertio illi soli saluant̃ qui tecum tanq̃ cum columba ramum virentis oliue deferentes ad fidem xp̄i reuertunt̃. Isti sunt qui peccando exeunt ⁊ penitẽdo redeunt quibus nõ clauditur archa mĩe filij tui. Siquidem hanc columbam iubemur offerre s̄m legem die purificationis nostre vt confiteamur vere q̃ tu es columba que mũdo pacez annũciasti.

Tertia fuit sarra vxor Abrahe que genuflexa corã beata v̾gine dicit sic. O genitrix virgo tantiq̃ nostri pueri mater risum fecit tibi dominus quando euz genuisti qui fecit te angelo gaudiuz nostrum tibi predicente puritate nimia velut angelo mihi ysaac nũciante. Risum fecit tibi dominus quando genuisti puerum signum portantem pharaonis puerum hastam tenentem Gedeonis puerum pulchrum habentem caput absalonis: puerum totam vim habentem sansonis. Aperi ergo virgo sinũ; expãde gremiũ

prepara iter tuum ad templum quia ecce fa
ctura est tibi magna qui potens est: vt pro
maledictione israel beatam te dicent omnes
generationes. Confortare virgo fecūda: ca
sta puerpera: mater intacta: quia non eris in
israel vltra maledicta: neq͡z inter steriles de
putata genuisti ꝑfecto illum qui te fecit ⁊ in
eternum permanes virgo. Quarta fuit re
becca simul vadens cū sarra q̄ genuflexa co
ram beata virgine dixit sic. Ego disponente
deo virum meum decepi⁹ vt filio benedice-
ret: tu singulari beneficio et priuilegio vitam
absq͡z omni peccato duxisti: vt peccati mor-
tis q͡z peremptorem pareres vite iusticie q͡z mu-
nus omnibus ostenderes: que ideo virgo de
sponsata fuisti: vt dyabolo v̄ginitas tua oc-
cultaret̄: vt iudeorum prauitas deijceret̄: vt
legis institutum non destrueret̄ ⁊c. Quin
ta fuit lya que genuflexa coram beata virgi
ne dixit sic. Ego enī magnam populi multi-
tudinē deo ꝓgenui: sed tu v̄go immaculata
effecta es fecundior que plucidis oculis: lac
visceribus omnē creaturam eternis sedib⁹
collocandam simul aspexisti. Ecce iam video
quid de te futurū sit: quis ex te fructus pro-
cessit: q͡z iocūda omnibus gētibus ex te ꝓue
nerūt. Nam angelorum numerus per tuum
filium reintegratur: ⁊ hominū generatio in
Adam maledicta per benedictionē fructus
ventris tui ad eternitatis possessionē regene
ratur ꝓut ꝓmiserat iustis ⁊c. Sexta fuit
Rachel simul vadens cum lya q̄ genuflexa
coram beata v̄gine dixit sic. Ego formosita-
te nimia splendens: oculis Jacob gratiosa
fui: sed tu venustior que omnis gratie ple-
nitudinē accepisti: quid iustitie: quid sancti
tatis v̄go beata indiguisti: que digna habi-
ta es vt ex te inextimabile preciū salutis hu
mane carnem sumeret. Quid dignius: quid
fructuosius in humani generis salutē exoriri
potuit? Cui nullus pr̄iarcharum. nullus pro
phetarum: nullus antiquoꝝ patrum. nullus
prorsus hominū potest cōparari. Quomo-
do huic quisq̄ᵐ estimabitur cōferēdus: cuius
ob v̄ginitatis excellentiā: mira sublimitate
supeminet fructus. Nec mirum: si tu admira
bilis v̄go cūctorum celsitudinem transcēdis
mortalium: cum tuo partu beatoꝝ excellas
meritum angelorum. Omniū quidē sc̄orum
memorie mirabiles: nulla tamē celsiore tuo
memoranda preconio Abel per sacrificium
nominat̄. Enoch per complacentiam memo-
ratur. Melchisedech sicut ymago dei predi-
catur. Noe p iu... laudatur. Abraham p
fidem approbat̄. Ysaac per normam recitat̄
Jacob per luctamen beatificatur. Joseph p
castimoniam honorat̄. Job per patientiam
glorificat̄. Moyses sicut legislator veneratur
Jesus naue sicut dux preponitur. Helyas si
cut zelotes testificatur. Esayas sicut locutor
dei scribitur. Daniel sicut prudentissimus pre
dicatur. Ezechiel sicut inspector arcanorum
demonstrat̄. Dauid sicut pater mysterij s͡z
carnem dicit̄. Salomon sicut sapiens publi
catur. Sed nullus talis in seculo q̄lis tu dei
genitrix v̄go. Quē enī omnes illi in enigma
te viderunt: tu in vtero tuo incarnatum por
tasti. Ex te enī ortus est sol iustitie christus
deus noster. Septima fuit dyna que ge-
nuflexa coram beata v̄gine dixit sic. O bene
dicta sup mulieres que angelos vincis pu-
ritate: sanctos superas pietate. Bona virgi-
nitas in te maria: que sexum vtrūq͡z non so-
lum a crimine absoluisti. verūetiam ad gra-
tiam ꝓuocasti. Accusamus plerūq͡z femine
um sexum q͡ꝛ ego egressa vt viderem homi-
nes regionis salem erroris ⁊ stupri causam
induxi. sed laudamus multomagis femine-
um sexum in te que pro nobis curiosior sa-
tisfecisti cum salua virginitate salutis aucto
rem edidisti. Reddita est ergo femina pro
femina: prudens pro fatua: humilis pro sup
ba: virgo pro corrupta. Octaua fuit tha-
mar nurus iude simul vadens cum dyna q̄
genuflexa coram beata virgine dixit sic. Ne
fama tua macularetur virgo illibata perma
nens decreto legis viro desponsata es ne fla
gitijs argueretis soceri signum retinuisti. in
auditum nanq͡z a seculis partum apud mul
tos defendit suspectum annulus m̄rimonij
contracti cum sene: armilla pudicitie cōpro-
bate ⁊ virga potestatis diuine non de simpli-
ci v̄gine: sed de desponsata viro concipi ⁊ na-
sci voluit xp̄s. ne velut stupri rea damnare
ris si virum non habens filium procreares
Oportebat itaq͡z te habere virum qui et te-
stis integritatis tue esset certissimus: ⁊ nati
ex te domini ac saluatoris nostri esset nutri
tius fidelissim⁹. Nona fuit arsenech vxor
phutifaris sacerdotis que genuflexa coram
beata v̄gine dixit sic. O āmirandam ⁊ oim
honore dignissimam v̄ginem. O feminam
singulariter venerandam super omnes femi
nas admirabilē. Memēto magni illius quō
dam patriarche vendita in egypto ⁊ scito ip
sius istum tuum virum non solum nomen

adeptum fuisse: sed castimoniã innocentiam consecutum et gratiã. Ille domino suo fidem seruans mihi noluit commisceri. Iste te dominã suam domini sui matrẽ virginẽ agnoscens et ipse continẽs fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia in mysterijs somniorum. Isti datum est conscium fieri atq; participem celestium sacramentorum. Ille frumenta seruauit non sibi tm̃ sed etiam omni populo. Iste panem viuũ de celo fuandum accepit tam sibi q̃ toti mũdo. Decima fuit ethiopissa vxor moysi simul vadens cum arsenech que genuflexa coram beata v̄gine dixit sic. O clarissima mater virginea virgo sancta dei genitrix christi pijssima. Ego coniũx dilecta maximi pphete. prefignaui sanctissimum matrimoniũ inter deum et abominabilem humanam naturam que tamẽ formosa fuit in te. Ille siquidem in egyptum venit quando in mundum descendit: areolam repperit aromatum: quãdo irrigaris sicut paradisus delitiarum: quando in te intrauit vt pasceret ibi et lilia colligeret. Ille tecum permansit nature humane indissolubili vnione sicut moyses mecum ex delectatiõe. Undecima fuit maria soror moysi que genuflexa coram beata v̄gine dixit sic. Uirgo mundo venerabilis. mater humano generi amabilis. femĩa angelis mirabilis. maria sanctissima tu sola hoc nomẽ obtinuisti quod significat deus ex genere meo. Ego soror aaron dicta sum maria quia maris amaritudo: sed venit dominus in amaritudinẽ fragilitatis humane vt conditionis amaritudo dulcesceret tẽperata v̄bi celestis suauitate. Inter multas marias tu sola excelsior que signum virginitatis extulisti et intemerate integritatis piũ vexillum xp̄o leuasti. Duodecima fuit sephora vxor moysi vt dicitur Exodi quarto. que genuflexa ante beatam v̄ginem dixit sic O felix maria. O genitrix gloriosa. O puerpera sublimis: cuius visceribus autor celi terreq; committitur. O felicia oscula labijs impressa lactentibus: cum inter crebra iudicia reptantis infantie verus et te filius tibi matri alluderet: verus ex patre tibi dominus imperaret. Nam auctorem tuum ipa concipiẽs edidisti in tempore puberẽ: quem habueras ante tempora conditorem. que pro eo paruulo s̃m legem hostias ad templum deferre debes quem circuncisioni supposuisti: atq; eũ instante persecutione herodis in egyptum transferẽs: pleraq; alia necessaria ministrabis

Terciadecima fuit Raab de qua narrat Josue. vi. que genuflexa coram beata virgine dixit sic. O excellentissima inter v̄gines virgo sancta omnibus omnia facta es sapiẽtibus et insipientibus copiosissima charitate debitricem te fecisti. omnibus misericordie signũ apruisti vt de plenitudine gratie tue accipiant vniuersi: captiuus redemptionem: eger curationem: tristis consolationem: peccator veniam: iustus grãm: angelus letitiam: deniq; trinitas gl'iam: filij persona carnis humane substantiam. vt non sit qui se abscondat a calore tuo. Et sic vniuersum mundum per iesum xp̄m liberasti. sicut ego populũ isr̃l per Josue. Quartadecima fuit axa filia caleph: vt d̃r Josue. xv. que genuflexa corã beata v̄gĩe dixit sic. O castissima v̄go terrã irriguam superius et inferius nobis impetrasti cum quasi nubes in terra pluisti grãm xp̄i. Huius sacre nubis ymbrem patres nostri annũtiauerunt nobis futuram salutẽ mũdi tanq̃ stillicidia stillantia super terram. Ecce pluuia voluntarie benedictionis quam hereditati sue dominus effudit. Tu enĩ intra te fontem genuisti quo terrarum orbem rigares. Quintadecima fuit delbora de qua dicitur Judic. iiij. que genuflexa coram beata v̄gine dixit sic. Sancta et int̃ sanctos post deum singulariter sancta mater admirabilis v̄ginitatis: v̄go admirabilis fecũditatis: domina prefulgens admirabili sanctitate supeminens mira dignitate que sceptrũ possi tenes electi: adueniẽte t̃pe quo iam opprobrium auferri cõgruebat caput contriuisti venenatũ que oĩmodã maligni suggestionem tam de carnis illecebra: q̃ de mẽtis superbia deduxisti ad nihilũ: hostem antiquum clauo prudẽtie tue necasti in manu forti. Sextadecima fuit Jahel vxor aber cynei vt dicitur Judic. iiij. que genuflexa corã beata v̄gine dixit sic. Solus ad te v̄ginẽ fabricator et dominus venit quẽ operuisti pallio cũ vestẽ quã n̄ habuit ex te induit. vestis filij tui ẽ caro eius a diuinitate assũpta: et sic ego aperui vtrẽ lactis et dedi bibẽ sysare igresso i tabernacl'm meũ: sic lacta mr̃ xp̄m dñm ad te igressũ. lacta panẽ de celo veniẽtẽ: lacta eũ q̃ talẽ fecit te vt et ipse fieret in te: q̃ tibi et mundus fecũditatẽ attulit cõceptus et donũ v̄ginitatis nõ abstulit natus: qa deus q̃ est et q̃ erat in humanitate processit.

Decimaseptima fuit mr̃ sansonis de qua d̃r Judic. xiij. que genuflexa coram beata virgine dixit sic. Angelus domini annũtiauit

in me tuū sacratissimū partū btā v̄go. Audiui angelū de carnis nr̄e limo tēplum diuine maiestatis arte ineffabili cōstruentē. Audiui in terris deū: in celis hoiem sacro incōprehensibili collocari. Audiui inauditā rōnem in vno corpe deū hoiemqȝ misceri. Audiui fragilē nostre carnis naturā ad portandū totam deitatis gloriā angelica exhortatiōe roborari. Decimaoctaua fuit filia iepthe de q̄ dr̄. Judic. xi. q̄ genuflexa corā btā v̄gine dixit sic. O v̄go singularis inter oēs: tu es tēplum et fons signatus et porta in domo dn̄i clausa. Felix certe et oīni laude dignissima q̄ sine humano semie celestem seculo ptulisti panē et mūdo genuisti saluatorē. Electa q̄ppe es v̄go integra cui fecunditas matris daref et facta es fecunda mater in qua v̄ginis integritas seruaref. O genitrix gloriosa natus est ex te q̄ moysi in igne flāme rubi apparuit. Natus est ex te q̄ virgā aaron sine aqua germinare fecit et ex ea fructuȝ pduxit. Ego in montib⁹ meā cōseruaui virginitatē tu vero in celis regnatura cū fecunditate gaudio illibatā seruasti integritatē. Decimanona fuit noemi. de qua dr̄. Ruth. i. q̄ genuflexa corā beata v̄gine dixit sic. O v̄go benedicta et supbenedicta p cui⁹ benedictionē benedicif oīs natura. O pulchra ad intuēdū: amabilis ad ptēplandum: delectabilis ad amandū: quā deus pater vocauit dicēs. Ueni colūba mea imaculata mea. Tu es eñ cādidata multis meritoꝝ v̄tutib⁹: et dealbata niue cādidius spūssancti muneribus colūbe simplicitatē repñtans in oibus. Nam quicquid in te gestū est: puritas et gratia fuit: totū mīa et iusticia q̄ de celo pspexit. ideo es imaculata q̄ in nullo corrupta. Uigesima fuit Ruth. de q̄ dr̄. Ruth. i. q̄ genuflexa corā btā v̄gine dixit sic. O benedicta puerpera: pauper terrena possessione. sed plena celesti benedictiōe Es q̄dem pgenita stirpe regali: sed paup sti pendio tpali. pauper mundanis rebus: sed referta diuinis munerib⁹. O beata paupertas: que nos diuites reddidit felix inopia q̄ locupletes nos fecit: tua exercitatio et sollicitudo fecit vt panē viuū i tui corporis scrinco cōficeres: vt granū post metentiū terga colligeres: et sicut ego veterano iuncta sum marito: sic tibi locupletior testis pudoris ioseph maritus adhibetur q̄ possit et delere iniuriaȝ et vindicare obprobriū: si non agnoscaf sacramentum. Uigesima prima fuit Anna mater Samuelis. de qua dicif. i. Reg. i. que genuflexa coraȝ beata v̄gine dixit sic. O admirabilis thalamus. de quo speciosus prodiit sponsus. lux gentiū tēplum celeste: ad cuius solium glorie angeli canūt triumphum. Ego pphetā sterilis cōcepi: sed tu deū eiuȝ pphetarum pmanens virgo genuisti. deus eñ qui. vt habef libro Numeroꝝ. mirabile signū ostendit cōtra naturā: vt asina loqueretur ipse hoc mirabilius facere voluit vt ipse de te virgine nasceref. Uigesima secunda fuit Michol. de qua dicif. i. Reg. xviij. que genuflexa coram beata virgine dixit sic. Dis nimirū virgo regia gēmis ornata virtutum specie tua et pulchritudine tua in celestibus cognita ciuiū celestiū in te puocasti aspectū ita vt regis animū in tui cōcupiscentiā inclinares sicut ego ad me inclinaui [illegible] dauid: et celestē nūciū ad te de supnis educeres. Nā spūali decore aspectum ad te traxisti diu nū et liberasti desiderabilē ad egyptum deportans: fugiens a facie herodis sicut ego liberaui dauid a facie saulis inimici eius. Uigesima tertia fuit Abigail. de qua dicif. i. Reg. xv. q̄ genuflexa coram beata v̄gine dixit sic. Aula vniuersalis ppiciationis: gñalis causa recōciliationis: vas et tēplum vite et salutis: maximis meritis deū pacificando non modo virū sicut ego muneribus dauid pmerui sed vt tuus filius diceref et esset obtinuisti. Tota eñ vita tua et actio semp intenta fuit in dn̄o. tu eñ optimā partē elegisti que dei mater et sponsa esse meruisti. Ego p humilitatem meā liberaui Nabal a furore et ira dauid: sed tu multomagis te ancillam dn̄i confitens deū gignere meruisti qui nos sanguine suo deo patri reconciliabit. Et ad celestis palatia regis trāfferet. Uigesima quarta fuit achinoen israelites. de qua dicif. ij. Reg. ij. que genuflexa coram beata virgine dixit sic. Poterat filius tuus aliunde hoieȝ suscipere in quo esset mediator dei et hoium non de genere illius adam q̄ peccō suo genus obligauit humanum sicut ipsum quē primū creauit non de genere creauit alicui⁹: sed melius iudicauit vt de ipso quod victum fuerat genere assumeret hoiem per quē genus humani vinceret inimicū. ideo sui pceptionē ex te v̄gine spūs nō caro: fides ñ libido puenit Nec interfuit carnis pcupiscentia p quaȝ seminanf et cōcipiunf qui trahunt originale peccm̄: sed ea penitus remota credendo non cōcūbendo facta est fecunda in te v̄ginitas vt filius q̄ ex te nascebaf ex ppagine primi

hoīs tantūmodo gnīs ꝛ nō criminis originē duceret. Uigesima quīta fuit bersabee. de q̄ dr̄. iij. Reg̃. i. q genuflexa corā btā virgine dixit sic. O p̄electa ꝛ sancta. O venerabilis ꝛ imperiosa. O clemēs ꝛ ꝓpicia: tu es vere fons ex quo orit̃ sapīa maior salomone. Tu finē ponis legi date in igne deserti vria occiso dum leges seruas vetustas vt abdicētur ꝛ ad regē regū transis sub q̄ fulget lex libertatis ꝛ grē. Tu es pctoꝝ interuentrix potētissima q non pateris repulsam ī mediatiōe inter ioab ꝛ dauid ꝓ pessimo absalone. Tu es mediatrix nostra deo nos pacificās per immensam grām tuā. Uigesima sexta fuit thamar soror absalonis. de qua dr̄. ij. Reg. xiij. que genuflexa corā beata v̾gine dixit sic Nascit̃ xp̄s ex te virgine sicut flos ex virga sine vllo cōposito semine. Nascit̃ infans paruulus rex magnus ꝓcedunt celestia indicia ꝛ signa magni regis. pastoribus nunciāt angeli. p stellā velut per linguā nouā clamant celi: adducunt̃ de longinquo magi veniuntvt adorent adhuc in presepe iacentē: sed iam in celo ꝛ in terra regnātē. Uigesima septima fuit abhelana. de qua dr̄. ij. regū. xix. que genuflexa corā beata v̾gine dixit sic. O virgo v̾ginū q̄ꝫ magna est sapientia tua v̾itas de te orta est. veritas q̄ est in sinu patris de terra orta est vt eēt etiā in sinu matris veritas qua mūdus ꝯtinet̃ de te orta est vt femineis manibus portaret̃. Ueritas qua beatitudo angeloꝝ incorruptibiliter alit̃ de te orta est vt carnalibus vberibus lactaret̃. veritas cui celū nō sufficit. de te orta est vt in p̄sepio poneret̃. Uigesima octaua fuit abysach. de q̄ dicit̃. iij. Reg. i. que genuflexa corā btā v̾gine dixit sic. O excellentissima virgo nequaq̄ꝫ hunc q̄ natus ex te predicat̃ dū vilibus obuoluit̃ pānis dum iacere cōtentus est in presepio: dū lachrymosis ꝯcrepat vagitibꝰ: dū maternis lactat̃ vberibus deū esse diffidimꝰ īmo p ista aduertimꝰ eū vt hoīeꝫ infirma pro infirmis ptulisse: ꝛ deū celestē potentiā exercuisse. Hic nāqꝫ q̄ sordētibus pānis circūdatur regijs ꝛ caldeis muneribus honorat̃ Hic qui humilis iacet in presepio lumine noui syderis coruscat ī celo. Hic qui reddit infantie vagitus vocibus angelici collaudatur exercitus hic q̄ femineo nutrit̃ lacte: multa milia hoīum paucissimo satiabit pane.

Uigesima nona fuit vidua sarreptana. de qua dicit̃ iij. Reg. xvii. que genuflexa corāꝫ beata v̾gine dixit sic. Quis misericordie tue o benedicta longitudinē: latitudinē: sublimitatem: ꝛ ꝓfunditatē queat inuestigare. Nam longitudo tua vsqꝫ in nouissimū diē inuocātibus eam subuenit vniuersis: latitudo tua replet orbē terrarum vt tua quoqꝫ mia plena sit oīs terra. Sublimitas tua ciuitat supne inuenit restaurationeꝫ. ꝓfundum tuū sedentibus in tenebris ꝛ vmbra mortis obtinuit redemptionē. Per te eīm celum repletū est: infernus euacuatus: instaurate ruine celestis hierusalem: expectantibus miseris vita perdita data. Trigesima fuit mulier sunamitis. de qua dicit̃. iiij. Reg. iiij. que genuflexa corā beata virgine dixit sic. O virgo benedicta: sit pietatis tue ipsam quā apud deū inuenisti gratiam notaꝫ facere mundo: reis veniam: egris medelaꝫ: pusillis corde robur afflictis consolationē: piclitantibus auxiliū ꝛ liberationē vt sic nos vasa vacua ꝛ immūda replcas tue dulcedine gratie. Trigesima prima fuit athalia. de qua dr̄. iiij. Reg. xi. que genuflexa corā beata virgine dixit sic O virgo mater potentissima: tu es mulier quendā a deo ꝓmissa: serpentis caput virtutis pede contritura ꝛ omne semen eius: sicut ego omne semen regiū ꝯtriui. Nam ꝛ cōtinuo draco ille per herodem insidiatus est tibi parienti: vt nascentē excipiēs deuoraret filium tuū: eo q̄ꝫ inimicitie essent inter semē tuū ꝛ semē drachonis. Multis deniqꝫ versutijs idē serpēs insidiatus est calcaneo tuo: sꝫ vniuersam hereticoꝝ prauitatē sola interemisti. Alius siqdem te non de substātia carnis tue xp̄m edidisse dogmatizat. Alius puuluꝫ nō peperisse sed reperisse sibilat. Alius vel post partum viro cognitā blasphemat. Aliꝰ dei matrē nō audire sustinens magnū illud nomē theotocos impijssime sugillat. Sꝫ cōtriti sunt insidiatores: cōculcati supplantatores: confutati derogatores: ꝛ ecce beatam te dicent oēs generationes. Trigesima secunda fuit anna vxor thobie. de qua dr̄. Thob. i. que genuflexa coram beata virgine dixit sic. Aduenientibus tpibus q̄ redēptioni hoīm fuerant prestituta ingressus est hec mundi infima iesus xp̄us filius tuus de celesti sede descendens ꝛ a paterna gloria non recedēs Nouo ordine: noua natiuitate generatus. nouo ordine q: inuisibilis in suis: visibilis factus est ī nostris. incōprehensibilis voluit cōprehendi: ante tpa manēs eē cepit ex tpe vniuersitatis dn̄s seruilem formā obūbrata maiestatis sue dignitate suscepit. impassibi

lis deus nō dedignatus est homo fieri passi
bilis: et immortalis mortis legibus subiace-
re. Noua autem natiuitate generatus: conce
ptus a virgine: natus ex virgine sine pater-
ne carnis cōcupiscentia: sine materne inte-
gritatis iniuria: q futurum hoīem saluato-
rem talis ortus decebat: q et in se haberet hu
mane substantie naturā et humane carnis
inq̄namēta nesciret. q spūssanctus superue-
niet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi
Trigesima tertia fuit Sarra filia raguelis
de qua dr Thobie. vi. q genuflexa corā btā
virgine dixit sic. Sunt q dicūt q tu virgo im
maculata filios habuisti ex ioseph post par-
tum dñi qd nephas est credere: q tu es por
ta quā vidit ezechiel in domo dñi clausā. de
qua dr q dñs iesus ingressus est p eā et sem
per erit clausa vbi euidenter ōndit nobis q
semper virgo fueris: virgo pmanseris. cōce-
pisti et virgo es. lactas et virgo sancta es. in-
tumescunt vbera virginis et intacta manent
genitalia matris. vtiq corrūpi nō potuisti
que integritatē genuisti. Magnū meritum
magnū donū: magna grā: ancilla pepit dñm
creatura peperit creatorē: filia peperit patrē
filia diuinitatis mater humanitat. Ecce no-
ua sarra cuius amatores non casti. i. illi qui
eius derogant imaculate puritati sunt a de-
mone necati et in baratrū demersi. Trigesi-
ma quarta fuit Judith que genuflexa corā
beata virgine dixit sic. Merito sancta et vene
rabilis dei genitrix maria: celoz regina: mun
di dña singulari pconio extolleris tanq ca-
stissime puritat exemplū. que triūphali lau
de singulare cōmerciū mundo prebuisti. Te
nāq non solum feminis sed viris imitabilē
dedit qui castitatis tue remunerator virtutē
talē tribuit vt inuictū ab oībus hoībus vin
ceres: et insuperabilē superares. deniq tantū
te ad celi fastigia subleuasti: vt verbū in prin
cipio apud deū de summa celi arce suscipe-
res: et vtero tuo cōcluderes. Trigesima qn
ta fuit hester que genuflexa coram beata vir
gine dixit sic. O genitrix dei. o regina celi in
te angeli reperiunt leticiā. iusti grām. pctōres
veniā. per te verbū dei: fons sapie: ymago
patris est nobis cōdonatus: sicut p me regi
assuero heb: eoz pplus est gratificat. Quid
plura. Multe filie cōgregauerunt diuitias:
tu supergressa es vniuersas. Gaudere pie
nos cōdecet: qm dñs excelsus terribilis rex
magnus super oēs deos et super oēm terrā
ex te virgine sancta nasci dignatus est: et cre
ator regali trabea carnis indutus ex virgi-
nis palatio visitare dignatus est mundum.
Quis tante pietatis diuitias non obstupe-
scat. Quis ad tam ineffabilem charitatem
non contremiscat. Quis potest estimare vt
portaretur manibus femineis portator or-
bis: creator angeloz in presepe poneretur: an-
gelorum panis lactaretur. virtus celorum in
firmaretur. Trigesima sexta fuit mulier for
tis. de qua dicit. Prouerb. xxxi. que genu
flexa coram Beata virgine dixit sic. O dña
admirabilis singulari virginitate: amabilis
singulari fecunditate. venerabilis inestima-
bili sanctitate. Tu es mulier fortis fide for-
tissima: spe nobilissima: dilectione validissi
ma: que ostendisti mundo dñm suū. Tu visi
bilem exhibuisti mundo creatorem suū: quē
prius non videbat. Tu genuisti mundo re-
stauratorē suū: quo perditus indigebat. Tu
peperisti mundo recōciliatorē: quē reus nō
habebat. Per fecunditatē tuā o dña mun-
dus pctor est iustificatus: dānatus: saluat.
exul reductus. Partus tuus o domina mun
dū captiuū redemit: egrum sanauit: mortuū
suscitauit: cecum illuminauit: oppressū libe
rauit. Trigesima septima fuit filia syon. de
q dicit in psal. Audi filia et vide etc. q genu
flexa coram beata virgine dixit sic. Adducē-
tur regi virgines post eam proxime eius: af-
ferētur tibi in leticia et exultatione. Que ita
vnq deo proxima fuit sicut tu virgo illibata
que te totam diuinis obsequijs mancipasti:
cui verbum diuinū dicit. Veni proxima mea:
columba mea: q ecce hyems preterijt. An-
teq verbum dei virgo conciperes hyems
erat. at vbi verbum dei concepisti facta est
estas Deniq feruore sancti spiritus vapo-
rata flos cepit esse et spirare odorem fidei.
Fragrantiam castitatis. suauitatem gratie.
Vere tu es tota spiritualis et simplex ad mo
dum columbe. Trigesima octaua fuit Su-
sanna. de qua dicit. Daniel. xiij. que genufle
xa coram beata virgine dixit sic. O felix fe-
mina letabilis āgelis: optabilis sanctis: tres
valde mirabiles nascendi species optatam
trinitatē nouimus. Prima est qua Adam
formatus est de limo. Secunda est q muli-
er formata est ex masculo. Tertia vero cele-
stis q christus ex te virgine processit. quid
horum non nouum: quid non mirabile. In
mistico hoc conceptu mundum suum visi-
tare dignatus est dei filius: hoc nostre salu-
tis necessitas flagitabat: vt tandem celestis

generatio repararet quod natiuitas terrena perdiderat. Trigesima nona fuit elizabeth que genuflexa corā beata virgine sic locuta est dicēs. O mater dn̄i mei ꝛ saluatoris omnium: benedicta tu inter mulieres: sed inter mulieres benedictas maiori bn̄dictone specialiter insignes. Benedicta es eniz incomparabiliter que diuini generis suscepisti gloriā. Benedicta tu inter mulieres per cuius ꝑtum virgineū a natis mulierum maledictio prime matris exclusa est. Benedictus fructus ventris tui per quem ꝛ semen prime incorruptionis ꝛ superne hereditatis quā perdidimus in adam fructuz recipimus. Uere singulariter benedictus qui non nostro more per quā natus est gratiā a dn̄o benedictionis percepit. sed ipse ad saluandū mundum benedictus qui venit in noīe dn̄i rex israel.

Quadragesima fuit anna filia phanuel de tribu aser. de qua dicit̄. Luce. ij. que genuflexa corā beata virgine dixit sic. O flos virginitatis. O decus puritatis: oīs natura a deo est creata ꝛ diuina maiestas est ex te nata. Deus oīa creauit: ꝛ tu deum genuisti. Deus qui oīa fecit: ipse se ex te fecit: ꝛ sic oīa que fecerat refecit. Qui potuit oīa de nihilo facere noluit ea violata nisi prius fieret in te reficere. Deus ergo est pater rerū creatarū. deus pater est cōstitutionis oīum: ꝛ tu maria es mater restitutionis oīm. deus em̄ genuit illum per quem sunt oīa facta: ꝛ tu maria peperisti illū sine quo nulla sunt bona refecta. vere itaqꝫ dn̄s tecum. Post hec oīa iste sancte mulieres dixerunt illud qd̄ ponit Fulgētius in sermōe huius diei sic. Incarnatiōis diuine mysteriuz: nostreqꝫ reconciliationis egregiū sacramētū ob hoc a nobis hodie celebrat̄ ꝛ colit̄: vt ꝛ tanti festiuitas beneficij qd̄ nobis indignis fuerit impensum ostendat: ꝛ qd̄ tāte gratie dēam⁹ āmoneat. Proinde q̄ꝫtum audimus dn̄m iesum xp̄m ꝑ nobis misericorditer humiliatū: tanto magis agnoscam⁹ ineffabiliter gloriosum. In eo nāqꝫ deus vnigenitus euidēter ondit. in quo ꝑ nobis humilitatē vere carnis vereqꝫ mortis nō coactus necessitate sed bonitate miseratus assumpsit. Quid em̄ boni feceram⁹ vt tātum nobis beneficiū prestaret̄? Que nostra bona merita fuerūt: vt vnigenitus dei hō fieri dignaret̄: vt indeficiens angeloꝝ panis femineis vberibus lactaret̄. vt seculoꝝ rex cōtumelijs afficeret̄? Attendamus ergo tāte benignitatis dignationē vt gratiarū ꝑsolutamus actionē. ac magis g̃as agamus q̄ . . . us mereremur penā ꝑ . piamus g̃am. q: factū est vt dū iuste morte deberet̄ ꝑ diuitis: vita gratis donaret̄ indignis. hec ille. O Tunc moyses surgens in medio toti⁹ sancte hui⁹ ꝯgregatiōis dixit illud qd̄ ponit beda in homelia hodierna sic. Decretū q̄dem legis est paruulū post trigesimū tertiuz circūcisionis diē ad tēplum dn̄i deferri: ꝛ dari hostiā ꝑ eo Quā legis cōditionē ob hoc dn̄s magis suscipere dignatus est vt rē sanctā ꝛ iustaz ac bonā esse ꝓbaret vt nō solū nos ab eius seruiture ac timore per fidei g̃am liberaret̄. sed etiā ipsa dei genitrix sicut ab annixione virili sic a legali fit iure imunis. Non em̄ filius q̄ cū hoīe deus est: nō mater q̄ spū scō oprāte peperit victimis hostiarū q̄bus purgaret̄ indigebat. sz vt nos a legis vinculo solueremur Et sicut dn̄s xp̄s ita ꝛ btā v̄go semp maria legi est spōte subiecta. hec ille. Unde in testimoniū sue puritatis. oīs ecclia serōꝝ ipsam ad tēplum maxima veneratione associat. Et vt dic̄ sctūs Thō. iij. pte. q. xxxij. art. iij in rn̄. ꝑncipali. Xp̄us voluit sub lege fieri vt eos q̄ sub lege erant redimeret. Et vt iustificatio legis in suis mēbris spūaliter impleret̄. de ple aūt nata duplex preceptum in lege traditur Unū q̄dem generale p̄ceptum ad omēs scꝫ vt cōpletis diebus purificationis matris offerret̄ sacrificiū ꝑ filio siue ꝑ filia. vt habet̄. Leuit. xij. Et hoc q̄dem sacrificiū fiebat ꝛ ad expiationē pctī in quo ꝓles erat cōcepta ꝛ nata: ꝛ etiā ad cōsecrationē quandaz ipsius: q: tunc p̄mo p̄ntabat̄ in tēplo: ꝛ ideo aliq̄d offerebat̄ in holocaustū: ꝛ aliq̄d ꝑ pctō. Aliud aūt preceptū erat spāle in lege de p̄mogenitis tam in hominibus q̄ꝫ in iumentis. Sibi em̄ dominus deputauerat omne primogenituz in israel pro eo q̄ꝫ ad liberationem populi israel percusserat primogenita egypti ab homine vsqꝫ ad pecus: primogenitis filioꝝ israel reseruatis. Et hoc mandatuz ponitur. Exodi. xiij. In quo etiam prefigurabat̄ christus qui est primogenitus in multis fratribus. vt dic̄. Romano. viij. Quia ergo christus ex muliere natus erat primogenitus ꝛ voluit fieri sub lege. Hec duo euangelista Lucas circa eum fuisse obseruata ostendit. Primo q̄dē id qd̄ ptinet ad primogenitos: cū dicit. tulerūt illū in hierlm̄ vt sisterēt eum dn̄o sicut scriptū est in lege dn̄i: q: omne masculum adaperiens vuluam sanctum dn̄o vocabit̄. Secūdo id qd̄ ptinet cōmuniter

ad om̄s cum dicit ꝛ vt darent hostiaȝ ſm q̄ dictum est in lege dn̄i. Par turturis aut duos pullos columbarū. Nam p hoc ipm voluit hostias legales p se offerri q̄ erat vera hostia vt figura veritati cōiungeretur ꝛ per veritatē figura approbaret. Cōtra illos qui deum legis negant a xp̄o fuisse in euāgelio p̄dicatum. Non enī putādū est vt origenes dicit q̄ filiū suū bonus deus sub lege nasci fecerit quā ipe nō dederit. Sed leuit. xii precipit: vt qui agnū possent p filio aut p filia simul et turturē siue columbā offerrent. Qui vo nō sufficerent ad offerendū agnū duos turtures aut duos pullos columbe offerrēt. Dn̄s ergo qui cum diues eēt p̄pter nos egenus factus est: vt illius inopia diuites essemus. vt dr̄. ij Corinth. viij. Pro se pauperū hostiā voluit offerri ꝛ ipa natiuitate pānis inuoluit ꝛ reclinat in p̄sepio. Nihilominus tamen hmōi aues figure congruit. Turtur eī quia est auis loquax. p̄dicationē ꝛ ꝯfessionē fidei significat quia vo est animal castū significat castitatē. qꝛ vo est animal solitarium significat cōtemplationē. Columba vo q̄ ē animal mansuetū ꝛ simplex mansuetudinem ꝛ simplicitatē significat. Est autē aīal gregale vn̄ significat vitā actiuā. Et iō hmōi hostia significat pfectōeȝ xp̄i ꝛ mēbrū eius Utrūq3 aūt aīal ppt̄ ꝯsuetudinē gemēdi pn̄tes sanctoꝝ luctus designat. Sed turtur que est solitaria significat orationū lachrymas Columba vo que est gregalis significat publicas oꝛ̄ones ecclesie. Utrūq3 autē animal duplicatū offert: vt sanctitas sit non solū in anima sed etiam in corpore: hec Thomas. Et ecce homo erat in hierl̄m cui nomē simeon. et homo iste iustus ꝛ timorat⁹ expectās consolationē israel ꝛ sp̄us sanctus erat ī eo. Et vt dicit Augustinus in ſmone hui⁹ diei multū senex iste fuit ad audiendū serus: sed ad videndū maturus nō expectauit vt videret xp̄m loquentē qm̄ vidit infantē. Et h̄ illi iam cōcessum erat decrepito quasi desiderāti ꝛ suspirāti ꝛ quotidie dicēti in oꝛatiōibus suis. quādo veniet: quādo nascet: qm̄ videbo. Putas durabo: putas me hic inueniet. Putas isti oculi videbūt p queȝ cordis ocl'i reuelabunt: dicebat ista in oꝛ̄onibus suis et p desiderio suo accepit respōsum q̄ non gustaret mortem nisi videret xp̄m domini sui. Gestabat eum maria mater eius infantem vidit ille et agnouit. Ubi nouerat qd̄ agnouit: est reuelatus. qui foris est natus, vidit et agnouit. Cognouit Symeon infantem tacentem. Cum ergo cognouisset eum accepit eū in vlnas suas ꝛ dixit. Nunc dimittis ſuū tuū domine ſm verbum tuū in pace. Tunc Moyses ait omnibus iustis in templo sic. Hec manicheus audiat conferat agnoscat et confiteat credensq3 ad eccl'iaȝ catholicaȝ veniat ī qua bn̄ficiū vere saluatiōis inueniat hic p grām tandē p gl'iam. Amen.

In festo purificationis beate marie v̄ginis. Sermo. xxvi. de pcess. one in templū.

Tulerūt iesum in hierusalē, vt sisterent eum domino. Luce. ij. ꝛ in euangelio hodierne solēnitatis. Beatus augustinus ī ſmone huius diei dicit sic. Hodiern⁹ dies fratres charissimi magnū nobis ꝯtulit gaudium in quo xp̄s infans in templo est presentatus. Om̄s enī antiqui sancti fideles et iusti ab initio mūdi vsq3 ad dieȝ natiuitatis xp̄i domini saluatoris desiderabāt eū in carne videre pgenitū: quia sciebant se aliter nō posse saluari neq3 ad regni celestis gaudia puenire: nisi ipe nasceret in hoīe qui semper in diuinitate coequalis ꝛ coeternus est cum patre: hec ille. Sup quo moueo talē questionem. ¶ Utrū sanctissimus pphetaruȝ xp̄s iesus qui legalibus p̄ceptis nō tenebat rōnabiliter iugo legis hodie subijciatur. Ad istam questioneȝ respondent duo doctores noui testamēti. Primus est paulus ad galath. iiij. dicens At vbi venit plenitudo temporis misit deus filium suū natum et muliere factum: sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret. Secūdus est beatus augustin⁹ in sermone huius diei dicens sic. Et vbi natus est xp̄s ꝛ ſm legis mandata octauo die in corpore est circūcisus. etiam ſm legē quadragesimo post natiuitateȝ die quem hodie colimus in templo est a parētibus presentatus. hec ille. Tamen p clariori notitia sciendum q̄ isto mane cum xp̄o ꝛ beata virgine vadunt ad templū duodecim genera personarum eos associantiū quibus in itinere obuiat domina synagoga querēs a moyse doctore suo causam tam solennis processionis ꝛ huius itineris. Cui moyses respondet dicens. Uadunt ad templum vt legem impleāt. ꝛ sic ondēt se eē de pplo dei. Nā ego habui legē a deo in qua precipit sic. vt dicitur Leuitici duodecimo. ca. Mulier si suscepto semine peperit masculum immunda erit

septem diebus iuxta dies separationis mē-
strue. Et die octauo circundet infantulus.
ipsa vero. xxxiij. diebus manebit in sangui-
ne purificationis sue. Omne sctm̄ non tan-
get: nec ingredietur sanctuariū donec impleā-
tur dies purificatiōis eius. Cūq; expleti fue-
rint dies purificationis eius ꝓ filio deferet
agnum ānniculum in holocaustū ⁊ pullū' co-
lumbe siue turturem pro pctō ad ostium ta-
bernaculi testimonij: ⁊ tradet sacerdoti qui
offeret illa coram dn̄o ⁊ rogabit ꝓ ea: ⁊ sic
mundabitur a ꝓfluuio sanguinis sui. Quod si nō
inuenerit manus eius: nec potuerit offerre
agnum sumet duos turtures vel duos pul-
los columbe: vnum in holocaustū: ⁊ alterū
ꝓ pctō. Orabitq; ꝓ ea sacerdos ⁊ sic mun-
dabitur. hec ibi. vbi ponuntur sex diuina pcepta
in hijs verbis. Primū preceptū est ꝙ mu-
lier q̄ suscepto semine peperit masculū ꝑma-
nere debet immūda: scʒ a cōsortio hoium ⁊
ab ingressu tēpli. ex quo datur documentuʒ ꝙ
sicut mulier tali pctō inq̄nata elōgabatur a
sctūario: ita se dʒ q̄libet isto tēpe elongare a
sacramēto dn̄ici corporis ⁊ sanguinis: ⁊ ma-
xime ille q̄ est inq̄namento luxurie inq̄nat⁹.
vn̄ Albertus. iiij. sniarum. di. xiij. q̄rit vtrum
actus matrimonialis impediat a pceptione
eucharistie. r̄ndit dicēs sic. Concilium eliberti-
nū dicit. Om̄is homo ante sacrā cōiōnē a ꝓ-
pria dʒ abstinere vxore tres aut q̄tuor aut
q̄nq; dieb⁹. de ꝯsecr. di ij. ca. oīs homo. ⁊ bn̄
puto ꝙ sic sit faciendū. Et Tho. iij. pte dicit
sic. Quod coitus cōiugalis si sit sine pctō: scʒ si
fiat cā ꝓlis generande vel cā reddendi debi-
tū nō alia rōne nō impedit sumptionē sacri
nisi ꝓpter immūdiciā corporalē vel mētis dis-
tractionē. Sʒ q̄ voluptate dn̄ante miscetur
cōiugi ꝓhibetur accedere. xxxiij. q. iiij. ca. vir cū
ꝓpria. Scd̄m pceptū est ꝙ infantulus cir-
cūcidatur octaua die quasi eius cōsumpta sit
immundicia ex quo datur documētū ꝙ nūc post
aduentū xp̄i nō est licita circūcisio Rō est.
B Nam in veteri testamēto fuerūt q̄tuor
gn̄a pceptoꝝ. Quedā cerimonialia q̄ figura-
bāt aliq̄d venturū in xp̄o sicut imolatio a-
gni figurabat imolationē xp̄i in cruce. q̄daʒ
iudicialia sicut illud oculū ꝓ oculo. q̄dam sa-
cramētalia sicut circūcisio ⁊ sacrificia q̄dam
moralia sicut pcepta decalogi. Precepta ce-
rimonialia fuerūt euacuata quia adueniēte
veritate cessat figura. iudicialia fuerūt debili-
tata: q̄ xp̄s ea mitigauit. vt ptʒ de trangres-
siōe adulteroꝝ. Joh. viij. Sacramētalia fue-

runt dānata ⁊ mortifera facta: sicut circūci-
sio q̄ erat principiū sacramentale apud iude-
os. Gal. v. Si circumcidimini xp̄s vobis ni-
hil ꝓderit. Moralia fuerunt ꝯfirmata. Ma-
thei. v. Non veni legem soluere sed adimple-
re. Tertium preceptū est ꝙ mater q̄ nōdū
ꝑfecte purgata erat remanere debebat in sā-
guine purificationis sue. xxxiij. dieb⁹ q̄si pur-
ganda ab infectionib⁹ suis. Nam cōpletis se-
ptem diebus munda q̄dē efficiebatur a cōsor-
tio hoim: sʒ adhuc vsq; ad. xxxiij. diē q̄ ad in-
gressuʒ tēpli immunda erat. Ex quo datur docu-
mentuʒ ꝙ nemo pōt ingredi tēplum dei cele-
ste nisi obseruando decaloguʒ cū fide q̄tuor
euangelistarū. Quartū preceptū est ꝙ ma-
ter in istis. xl. diebus non tangat aliq̄d mun-
dum nec ingrediatur sctūariuʒ. Ex quo datur
documentū ꝙ post aduentū xp̄i mulieres si
volunt intrare ecclīam ad agendū grās deo
imediate post partū non sunt ꝓhibēde nec
peccāt. Si tn̄ veneratione voluerint aliq̄; diu
abstinere nō ꝓpter venerationē legis antiq̄
sed potius bte ṽginis aut ecclie xp̄i deuotio
earū non est improbāda. vt dr̄ er de purifica-
tiōe post partū. Sʒ nō approbo ꝙ post mor-
tē mulieris inducatur in ecclīam cū solēnitate
ꝓut sit q̄si viuit, q̄m tunc nulla deuotio appa-
ret in ea. Preterea videretur ꝙ oīno obligare-
tur ad hoc preceptum legis. Quintum pre-
ceptum est ꝙ mulier sufficiens in facultati-
bus post quadraginta dies debebat venire
ad ostium tabernaculi testimonij ⁊ ibi offer-
re agnum in holocaustum. Ex quo datur do-
cumentum ꝙ de honestate ⁊ consilio vir nō
debet cognoscere vxorem post partum ante
purificationeʒ vt ptʒ distin. v. ca. ad eius cō-
cubitū. Et. xxxij. q. iiij. ca. Si causa. Et. xxxij.
q. iiij. ca. origo. ⁊. q. vij. ca. non solum. Et glo.
super illo ca. ad eius dicit. Quod si tpe purifica-
tionis mulier petat debituʒ a viro nō reddet
ei nisi timeretur eius fornicatio aut etiaʒ viri.
Sextū pceptū est ꝙ si mulier ꝓpter paup-
tatē nō poterat offerre agnū: tūc debat offer-
re duos turtures: aut duos pullos columbe
vnū in holocaustū ⁊ alterū ꝓ pctō. Ex q̄ da-
tur documētū ꝙ lʒ act⁹ mrīmonialis sit lici-
tus tn̄ dieb⁹ festiuis ⁊ ꝓcessionū ⁊ ieiunioꝝ
nō lʒ exigere debitū. vt hētur. xxxiij. q. iiij c. xp̄i-
ano. ⁊ ca. q̄tiensq̄; q: q: qualitercūq; exigat
debitū peccat saltē venialiter. iō dr̄. Orabit
q; sacerdos ꝓ ea. ¶ Tūc synagoga ait ad
moysem. Cum in die natiuitatis istius pue-
ri tot miracula visa fuerint q̄ demōstrabant

eius diuinitatē puta angeli cātantes: pasto-
res in bethleem cūtes noua stella in celo ful
gens: magi adorantes &c. Cūq3 sit dn̄s vni
uersoꝝ. vt dicit paulus Ad Heb. xi. Quare
ergo voluit subiici legi seruitutꝭ. dicit em̄ ps.
Excelsus sup oēs gētes dn̄s &c. & Dan̄. iiij.
Potestas eius ptās sempit̄na &c. Et tn̄ ho
die tanq̄ seruus & peccator venit ad tēpluz
qd̄ tn̄ non cognouit. Tūc moyses. Ostendā3
inqt tibi q̄ maxime cognouit ꝓpter dicta ꝓ
phetarū. Malachias em̄ ꝓpha p̄mus inter
eos q̄ associant xp̄m ad tēplum. iij. c. dicit sic
Statim veniet ad tēplum scm̄ suū dn̄ator
quē vos q̄ritis & angelus testamēti quē vos
vultis. venit em̄ vt legem impleat. Si em̄ in
hoc legē soluisset tu synagoga hūisses excusa
tionē de eo dicendo: qm̄ doctrinā tuā non re-
cipio eo q̄ dissimilis es patrib⁹: nec leḡ tra-
ditiones obseruas? Tunc synagoga ait. Ui-
def mihi q̄ cedat ei ad iniuriā subiici huic le
gi: qm̄ iste est ille messias quē a diu expecta
uit vt tu testaris: vellē q̄ diceres cām apertio
rem quare venit ad templū? Malachias rn̄
dit. Ipse venit ꝓpter q̄ttuor cās. Prima est
vt purget pctm̄ ade quo peccauit ꝯ deū appe
tens inordinate sciam boni & mali: que scia
signaf per aurū. ideo venit vt adducat sciā3
dei. Malach. iij. Ipse em̄ quasi ignis ꝯflans
& colabit eos quasi aurū. Secūda est vt pur
get pctm̄ ade quo peccauit cōtra deū3 in elo
quentia sermonis dicēs. Mulier quā dedi-
sti mihi sociam dedit mihi & comedi. ideo ve
nit vt mundet argentū eloquentie ab inutili
sermone. Prouerb. xxv. Aufer rubiginē3 de
argento & egredief vas purissimū. Propter
ea dr̄. Malach. iij. Et sedebit conflās & emū
dans argentum. Tertia est vt lauet opera q̄
fecit adam peccādo ꝯ primū p dissimulatio
nem. Uidit & cognouit adam pctm̄ trāsgres
sionis eue & tamen finxit se non cognoscere
illud. ideo venit vt lauet hoc peccatū. Ezech.
xvi. Laui te aqua. ꝓpterea dr̄. Malach. iij.
Ipse em̄ quasi herba fullonū. Quarta est vt
purificet opera q̄ fecit adam cōtra deū peccā
do p negligentiā & remissionē3. Iuxta illud.
Malach. iij. Et purgabit filios leui. Neemi-
as sacerdos scd̄s inter eos q̄ associant xp̄3
ad templū confirmans dictū Malachie di-
xit. Q xp̄s venit in templū tanq̄ ignis mū
dans & purgās sacrificia. vn̄. ij. Machab. i.
dicif sic. Nam & cum in persidē ducerenf pa
tres nostri sacerdotes qui tunc dei cultores
erant acceptum ignem de altari occulte ab-
sconderunt in valle vbi erat puteus altus &
siccus & in eo cōtutati sunt eum: ita vt oib⁹
ignotus esset locus. Cum preterissent autē3
multi anni & placuit deo vt mitteref Neemi
as a rege ꝑsidis nepotes illoꝝ sacerdotū3 q̄
absconderant misit ad requirendū ignē & si
cut narrauerūt nobis non inuenerūt ignē3:
sed aquam crassam. Et iussit eos haurire &
afferre sibi & sacrificia q̄ imposita erāt iussit
sacerdos Neemias aqua ipsa aspgi & ligna
& q̄ erant supposita atq3 hoc factū est: & tps
affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubi-
lo & accensus est ignis magnus: ita vt omēs
mirarēf. Orationē aūt faciebāt oēs sacerdo
tes dū cōfirmaref sacrificiū. Appellauit aūt
Neemias hūc locū nepthar qd̄ interpretaf
sacrificia seu purificatio. h̄ ibi. S3 iste ignis
figurabat ꝑsonā xp̄i. Iuxta illud. ad Heb.
xij. Deus noster ignis cōsumens est. q: oīa
sacrificia legis reꝑntabant sacrificiū xp̄i &c.
Charitas dn̄a valde honorabilis & tertia in- Cha-
ter eos q̄ associant xp̄m ad templū ꝯfirmās
dictū supiorꝝ ait. xp̄s ideo subiicif legi serui-
tutis vt ondat q̄ non ex debito: sed ex chari-
tate venit saluare genus humanū. Iux illd̄.
Hiere. xxxi. In charitate ꝑpetua dilexi te: iō
attraxi te miserās. Et paulus ad Ro. v. Cō
mendat aūt deus suā charitatē in nobis: qm̄
cum adhuc petōres essem⁹ xp̄s ꝓ nobis mor
tuus ē. ꝓpterea se offert hodie xp̄s in tēplo
vt ondat se eē verū sacrificiū deo pr̄i ex cha
ritate offerēdū in cruce ꝓ salute gn̄is huma
ni. Moyses autē volens certificare synago
gam q̄ iste puer erat ille messyas & ꝓpha de
q̄ p̄dixerat. Deut. xviij. dicēs. Prophām sus
citabit vobis deus de fratribus vestris. di-
cit illud qd̄ ponit Aug. in s̄mone p̄ntis solē
nitatis. intellige q̄tum desideriū hēbant an
tiq̄ sancti videre xp̄m. Sciebant illū3 esse vē
turū & oēs q̄ cupiebant dicebant. O si h me
inueniat illa natiuitas. O si qd̄ credo in scri
pturis sāctis oculis meis videā. Atq3 vt no
ueris antiquos sanctos & iustos optasse vi-
dere xp̄m. Ipse dn̄s noster iesus xp̄s ad di-
scipulos loquens ait. Multi iusti & ꝓphe vo
luerunt videre que vos videtis: & audire q̄
auditis: & non viderunt nec audierunt. Sy-
meon iste senex quem emin⁹ cernis non ex-
pectauit vt videret xp̄m loquentē qm̄ vidit
infantem: & hoc illi concessum erat iam decre
pito quasi desideranti & suspiranti: & dicenti
quotidie in orationibus suis: quādo veniet?
qn̄ nascef? qn̄ videbo? putas durabo? putas

edidit xpm lucē illuminantē oēm hoiem venientē in hūc mundū: sic exhibuit se cunctis lucernā irreph̄ensibil' vite. Quātū ad famā dicit Luc. i. Beatā me dicent oēs generatiōnes. Quātū ad diuitias. Ecce magi offerūt munera: aurū: thus τ mirrā. Jdō dicit Salomon. Multe filie ꝯgregauerunt diuitias: tu supgressa es vniūsas: qꝛ illū habuit ī sua potestate in quo sūt oēs thesauri sapiētie τ sciēntie dei absconditi. Nihil em̄ pōt inueniri ad hoc gen⁹ ptinēs: qd̄ nō sit copiosissime ī maria. Scd̄o fuit plena gr̄a gratuita: quā aplūs diuidit ī nouē riuulos. i. Coz. xij dicēs. Alij quidē p spm̄ daf ̄mo sapie: alij aūt ̄mo sciētie ̄m eūdem spm̄. alij fides in eodē spū. alij gr̄a sanitatū in vno spū. alij opatio xtutū. alij pphetia. alij discretio spirituū. alij interp̄tatio ̄monū. alij gn̄a linguarū τc. ̄ ibi que oīa fuerūt in v̄gine gloziosa. Quantum ad sapiam dr̄ Luc. ij. Maria aūt ꝯseruabat oīa verba hec cōferens in corde suo. Audierat em̄ a iesu xpo filio suo archana verba q̄ nō licz homī loqui. Siquidē beata virgo cū sus vires inferiores τ sensualitas ip̄a nullo modo repugnabant rōni: immo totaliter ei subdebāf nequaq̄ remouebaf a diuina cōtemplatione sicuti nec adā in paradiso terrestri. q̄ ideo delectabaf: qꝛ p intellectū deū cōtēplabaf. Nā si moyses post ieiunium. xl. dierū vidit dn̄m facie ad faciē. Et paul⁹ post sui hūiliationē rapt⁹ fuit ad terciū celū: non mirū si btē virgini prebito hūili cōsensu ad conceptionē filij dei aut certe in suaui partu diuinitas fuit ostensa: vt sic fructu ꝯtēplationis dulcorata esset p diuinā gr̄az. vt diceret cū ps. q̄ dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua sup mel ozi meo. Quātū ad sciam dicit beatus Augu τ allegaf a mgr̄o sentē. lib. ij. di. xxiij. c iij. sic. Fuitq3 hō p̄mi⁹ ante lapsum triplici cognitōe p̄dit⁹. rerū. s. ppf se factarū: τ creatoris: τ sui. Rerū quippe cognitionē hominis accepisse pspicuū est: cū non ip̄e creatoz vel aliqs angel⁹. s hō aiantib⁹ oīb⁹ noīa imposuerit vt ostenderet q̄ singulop noticiā hō ip̄e haberet. Que em̄ ppf illū creata erant: etiā ab illo regenda τ disponēda erant. hoz oīm de⁹ illi sciētiā tribuit τ ꝓuidentiā atq3 curā reliquit. Cognitōnē quoq3 creatoris p̄mus homo habuisse credif. Cognouit em̄ a quo creatus fuit: non eodē modo cognoscēdi quo ex auditu solo percipif quo modo a credentib⁹ absens querif: sed quadā interiori aspiratōe qua dei presentiā cōtemplabaf

non tamen ita excellenter sicut post hanc vitam visuri sunt. Nec3 ita in enigmate qualiter in hac vita viderun⁹. Porro sui cognitionem idem homo talē accepisse videf: vt q̄d deberet supiori: quid equali τ inferiori non ignoraret. hec ibi. Hoc lumē scientie non defuit beate virgini que dei filium gerebat in ventre qui est lux vera que illuminat omnē hoiem venientē in hunc mūdum. Joh̄is. i. Jmmo habuit plene scientias oīum que ad beneviuendū sunt necessaria magis q̄ adā qui non fuit sui casus presciuis. vt dicit magister sentētiarū vbi supra. Ipsa x̄o p grāiā cognouit statū suum gratiosum cū moyse cum abrahā: cū paulo qb⁹ fuit reuelatū q̄ erant in gratia. Unde Ambrosi⁹ super illo verbo Luce. ij. Tuam ipsius aīam pertransibit gladius: dicit sic. Per gladiū designatur prudentia marie: non ignara mysterij celestis. Uiuū est em̄ verbum dei τ validum τ acutius oīni gladio ancipiti. i. acutissimo Quantū ad fidem dicit helysabeth Luc. ij. Beata que credidisti quoniā perficiētur in te que dicta sunt tibi a dn̄o. Unde sola ipsa fidem cōseruauit que tempore passionis recedentibus discipulis xpm associauit. Stabat em̄ iuxta crucē maf ei⁹. Joh. xx. Quantū ad gr̄am sanitatū dic̄ Cassiodor⁹ in epl̄a sic. Tu patrona humani generis: tu afflictis medica singularis: q̄a tuo non eget munere cū sit peccare cōe τc. Quātū ad gr̄am virtutum dic̄ Bern̄. ̄mone. lxxxviij sup cantica sic. Per te virgo scā celū impletū τ infern⁹ euacuat⁹ est: restaurate ruine celestis hierlz expectantib⁹ miseria vita perdita data est. Quantū ad ꝓphetiā dic̄ Ambrosi⁹ sup Lucam sic. Marie quo p̄sona melioz eo ꝓphetia plenioz. Nec ociosum videf q̄ τ ante iohānē helysabeth ꝓpherat: τ maria ante dn̄i generatōnē: cū dicit Magnificat τc. Quantum ad discretionē spirituū oēs cedūt virtuti noīs eius. de hac em̄ dr̄ Gen̄. iij. Ipa cōteret caput tuū. Et loquif de potestate demonum quā beata virgo cōculcauit. Quantū ad genera linguarū in die penthecostes ip̄a accepit spm̄ scm̄ sicut τ ceteri apostoli: τ in maiori plenitudine q̄ illi: cū esset magis disposita. Quantū ad interpretationē sermonum audi virginē interpretantē sermonem filij sui ad vniuersos qui erāt in nuptijs. Dixit em̄ xps matri sue Joh. ij. Quid mihi τ tibi est mulier: nondū venit hora mea. Pro cui⁹ intellectu notandū q̄ filius acceperat

in mandatis a beata virgine ne vnq̄ eā matrē noīaret: sed ancillā: ⁊ si nollet eā vocare ancillā ꝑpt reuerētiā saltē eā vocaret mulierem. Xp̄s aūt tanq̄ fili⁹ obediēs annuit mādato matris: ideo dixit. Quid mihi ⁊ tibi est mulier: q̄si dicat. Nūq̄d vis ire ad stagnū vt ancilla: ydrias implere: scapulis tuis deferre ⁊ ante hanc turbā ꝑonere aquā quā cōuertam in vinū. Nolo q̄ hic tm̄ hūilieris. Quid tibi mulier: mater es ⁊ mulier vocaris: nō te dicā ancillā. Q̄d te hoc op⁹ spectaret si esses ancilla queadmodū cupis. Sz ego certe debeo hau ire aquā: ⁊ tanq̄ seru⁹ debeo in aq̄ seruire discipulis meis q̄ sunt hic presentes. Verū nōdum venit hora mea vt aq̄s ministrem. Et ideo q̄d mihi: q̄si dicat Nec ego nūc debeo aq̄s deferre nec tu aliq̄n. Quid ē mihi ⁊ tibi mulier: nendum venit hora mea Tunc btā virgo intellexit sermonē xp̄i ⁊ ait ad ministros quoꝝ erat aq̄s deferre. Quodcunq̄ dixerit vobis facite. Ut aūt xp̄s cōfirmaret interp̄tatōē ꝫ fmonis dixit. Implete ydrias aqua ⁊c. Tertio fuit plena gr̄a gratum faciēte. Nā in vētre matris fuit sanctificata ⁊ in natiuitate ei⁹ fuit h̄ gr̄a augmentata cū ablactata secessit in tēplū. In cui⁹ figuram dr̄ Gen. xxi. Q̄ abrahā fecit grāde conuiuiū ablactato ysaac puero suo. q: de⁹ pater grandē leticiā imisit in oēs angeloꝝ choros et ablactatōe v̄ginis glīose. Hec gr̄a creuit q̄n ad pubertat annos veniēs in tēplo manens votū emisit cōditionatū tn̄ sub voluntate diuina ꝑpetue castitat. vt̄ Aug. vt habet. xxvij. q. ij. c. Btā. dic̄ sic. Btā maria ꝑposuit se cē seruaturā votū v̄ginitat in corde ꝫ ip̄m votū v̄ginitat nō expressit ore. Subiecit se diuine disposit̄ōni dū ꝑposuit se pseueraturā v̄ginē nisi de⁹ aliē ei reuelaret. h̄ ibi. Hec gr̄a fuit augmētata p oēm actū a volūtate ei⁹ egredientē vsq̄ ad finē vite ipi⁹: q̄m oīs effect⁹ hui⁹ gr̄e plenissime in se habuit vt pōt patere cōsiderāri Primū effectū huius gr̄e habuit q̄ est i gr̄a posse stare ⁊ posse nō peccare, sicadā habuit in statu inocētie. Secūdū effectū hui⁹ gr̄e habuit q̄ est facere gratū deo ip̄m habēte. ⁊ de ea dicit̄ Luc. i. Inuenisti gr̄am apud deū. Tertiū effectum hui⁹ gr̄e habuit q̄ ē posse sibi mereri. Et meritū eius fuit sub deo maximū. Quartū effectū hui⁹ gr̄e habuit q̄ est acq̄rere alteri salutem Et ip̄a vobis genuit ip̄m saluatorē mūdi. Quintū effectū hui⁹ gratie habuit q̄ est nō posse peccare mortaliter. Et de ip̄a dicit Aug. vt allegat̄ a mḡro sentē. li. iij. di. iij. c. ij sic. Excepta inq̄ sancta virgine maria de q̄ ꝓpter honorē dn̄i nullā prorsus cum de pctīs agit̄ habere volo q̄stionē. Inde etiā scimus q̄ ei pl⁹ gratie sit collatū ad vincēdū ex omni parte pctm̄ q̄ cōcipere ⁊ parere meruit quē ꝯstat nullū habuisse pctm̄. hec ibi. Ecce quō hūc effectū habuit. Sextū effectū hui⁹ gratie habuit q̄ est nec veniali maculari pctō: q: singulari modo dei fili⁹ q̄ est dei sapiā in ip̄a habitauit: nō solū in aīa ꝫ etiā i vtero. dicit̄ aūt Sapie. i. In maliuolā aīam nō itroibit sapiā neq̄ habitabit i corpe subdito pctīs. Propterea btā virgo nullū actuale pctm̄ imo nec veniale cōmisit. Septimū effectū huius gratie habuit q̄ est immunitas a tēptatiōe: q: nullo modo tēptari potuit de aliquo pctō Octauū effectū hui⁹ gratie habuit q̄ est nō posse nō mereri q: in oi actu suo volūtario merebat̄. Nonū effectū hui⁹ gratie habuit q̄ est securitas patrie future: q: btitudinē suaꝫ etiā in hoc mūdo habebat ꝑpt sui maximā vnionē ⁊ ꝓpinq̄tatē ad deū. Luc. ij. Exultauit spūs me⁹ in deo salutari meo. Quarto fuit plena gratia glorificāte q̄ est ip̄e de⁹ essentialit̄ ⁊ in v̄gine erat dicēte angelo. dn̄s tecū. De ista eadē gratia dic̄ angel⁹ Luce. i. Inuenisti gratiā apud deū. Pro cui⁹ intellectu sciendū q̄ gratia ē pat̄ gratia ē filius gratia ē spūs sctūs. Et hij tres vna gratia sūt Sed pat̄ nō dicit̄ gratia apud deū: q: a nullo ꝓcedit. Fili⁹ aūt dicit̄ gratia apud deū: q: a deo patre. sicut verbū a deo patre gignit̄ ⁊ nascit̄. iuxta illō Joh. i. Et verbū erat apud deū. Hanc gratiā apud deū oēs tam mares q̄ femine vnius dei noticiā habētes ab exordio hūani gn̄is q̄sierūt ⁊ petierūt ⁊ nō inuenerūt neq̄ acceperūt: ꝫ sola v̄go maria cūctos excedēs ⁊ angelos vniuersos trāscendens inuenit apud deum ⁊c. E

Quart⁹ flos est iste. Cantā i icarnatione verbi rectitudinē ⁊ eq̄tateꝫ

de⁹ pat̄ demōstrauit q̄ maximarū v̄tutum limpitudinē ⁊ dignitatē ꝯseruauit. Pꝫ per duos testes. Prim⁹ ē Amb sup Luc. dicēs sic. Ille iust⁹ venit ad nos pctōres vt ex peccatorib⁹ faceret iustos. Pi⁹ vēit ad ip̄os vt facēt pios. hūilis ad supbos vt ex supbis facēt hūiles. hec ille. Secūdus est Damascen⁹ in ꝓncipio tertij libri d cēs sic. Per incarnationis mysteriū mōstrat̄ simul bonitas ⁊ sapientia ⁊ iusticia ⁊ potētia dei vel virt⁹ Boni

tas quidē q̄ñ non despexit ꝓprij plasmatis infirmitatē. Sapiētia vō q̄ñ inuenit difficillimi decentissimā solutionē. Justicia vō q̄ñ hoīe victo nō aliū facit vincere tyrānū neq̧ vi eripit ex morte hoīem. Potentia vō fuit virt⁹ infinita q2 nihil ē mai⁹ q̄ deū fieri hominē. h. ille. Ad intelligēdū diuine incarnationis mysteriū sciēdū q̄ in ɔsistorio sctissime trinitatꝭ de⁹ pater ꝓposuit filio suo ⁊ spūi sctō redēptionē hūani gñis isto modo. vt ponit sctūs Tho. iij senten. di. i. q. i. arti. ij. sic. dicēs. Nō est ɔueniēs vt vna nobilissimarū creaturarū a suo fine totalit' frustret'. Sȝ humana natura ē int' nobilissimas naturas: cū ergo tota corrupta fuerit p̄ pctm̄ in p̄mo parente ⁊ ita btitudine p̄uata ad quā instituta erat: cōgruū est ipām reparari. Sed reparatio nō pōt fieri nisi pctm̄ dimittat'. nec iustū est vt pctm̄ sine satisfactiōne dimittat': ḡ oportet p̄ pctō toti⁹ hūane nature satisfieri. Sȝ satisfactio fieri decent' nō pōt nisi ab eo q̄ debȝ satisfacere ⁊ pōt. Sȝ nō debet nisi hō q̄ peccauit: nec pōt nisi deus: q2 q̄libȝ creatura totū suū esse debȝ deo nec hȝ vt p̄ alio satisfacere possit. Et sic nulla pura creatura p̄ homine satisfacere pōt. nec ipē p̄ se cū pctō indign⁹ reddat'. hec Tho. Oportet ḡ vnū ex nobis p̄ hoīe satisfacere. Statim q̧ assurgit dña mia q̄ erat ad pedes pris ɔstrata ⁊ dixit sic. Quia tu de⁹ excelsus sūme bon⁹ ⁊ misericors es: decet vt nulli nature neges hoc cui⁹ est capax. Vñ cū natura hūana sit lapsa ⁊ nihilominus sit reparabilis: decet vt eā repares. Cui cōsentiens dña iusticia inclināns reuerent' corā pr̄e dixit sic. Justicia tua deus est imutabilis: cui⁹ lege sancitū est vt nunq̄ pctm̄ sine satisfactiōe dimittat'. ḡ decet vt in hūana natura instituat' vnus qui satisfaciat q2 homo ex se satisfacere non pōt. Quis em̄ clemētissime pater sis sūme mīsericors: tñ tua mia in nullo debȝ derogare tue iusticie: q2 misericordia q̄ iusticiā tollit mag' iniusticia q̄ virt⁹ dici debȝ: ⁊ ita deū nō decet. ꝓpterea tuā infinitā mīsericordiā sic manifestare debes vt in nullo tue iusticie deroges. Qō fiet si deus fiat hō vt p̄ hoīe satisfaciat. in q̄ etiā abūdātior mia tua apparebit q̄ si pctm̄ hoīs sine satisfactiōe dimittat' insup̄ hūanā naturam mag' exaltabis. Vidēs aūt sanctissima trinitas q̄ñ decētissimū erat vt hūana natura redimeret' ⁊ h̄ p̄ incarnationē filij: vt q̄ erat in diuinitate dei fili⁹ in hūanitate fieret hoīs fili⁹: vocauit duodeci dñas valde honorabiles quarū ɔsilio ɔficeret' opus sanctissime incarnatiōis quo ad modū ɔuenientissimū renendū: vt patebit. Primo fuit vocata dña fides q̄ genuflexa corā sctissima trinitate dixit illō qō ponit sctūs Tho. q. ij. arti. vij in respō. sic. Illud ꝓprie ⁊ p̄ se p̄tinet ad obiectū fidei p̄ qō hō btitudinē ɔsequit'. Via autē hoīb⁹ veniēdi ad btitudinē ē mysteriū icarnatiōis ⁊ passionis xp̄i. dr̄ em̄ Act' iiij. Non ē aliud nomē datū hoīb⁹ in q̄ oporteat nos saluos fieri. Jdō mysteriū incarnatiōis xp̄i aliqualit' oportuit oī tp̄e eē creditū apō oēs diuersimode tñ ɓm diuersitatē tēpoꝝ ⁊ psonarū. Nā ante statū pcti hō hauit explicitam fidē de xp̄i icarnatiōe ɓm qō ordinabat' ad ɔsūmationē glie: nō aūt ɓm q̄ ordinabatur ad liberationē a pctō p̄ passionē ⁊ resurrectionē: q2 hō nō fuit presci⁹ pcti futuri. Videt' aūt incarnatiōis xp̄i presci⁹ p̄ h̄ q̄ dixit ꝓpt' h̄ relinq̄t hō patrē ⁊ matrē ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erūt duo i carne vna. vt hr̄ Gen. ij. Et h̄ aplūs ad Ephe. v. dic. Sacramētū magnū in xp̄o eē ⁊ in ecclīa. Qō q̄dē sacramētū nō ē credibile p̄mū hoīēȝ ignorasse. Post pctm̄ aūt fuit explicite creditū mysteriū xp̄i nō solū q̄ñtū ad incarnationē: s; etiā q̄ñtū ad passionē ⁊ resurrectionē: q̄b⁹ hūanū gen⁹ a pctō ⁊ morte liberat'. Aliut' em̄ nō p̄figurasset xp̄i passionē q̄busdā sacrificijs: ⁊ ante legē ⁊ sub lege: quoꝝ q̄dē sacrificioꝝ significatum explicite maiores cognoscebant minores aūt sub velamie illoꝝ sacrificioꝝ credentes ea diuinit⁹ esse disposita: de xp̄o venturo q̄dāmodo habebāt velatā fidē. Mult̄ etiā gētiliū facta fuit reuelatio de xp̄o. vt pȝ p̄ ea q̄ p̄dixerūt. Nā Job. xix. dr̄. Scio q̄ redēptor me⁹ viuit. Sibilla etiā q̄dā ꝓphetauit d̄ xp̄o vt dic̄ Aug. li. xviij. de ciui. dei. Jnuenit' etiā i hystorijs romanoꝝ q̄ tp̄e cōstātini augusti ⁊ helene matris ei⁹ inuētū fuit q̄ddā sepulchrū in q̄ iacebat hō aureā laminā habēs in pectore in q̄ sciptū erat. Xp̄s nascet' ex v̄gine ⁊ credo i eū. O sol helene ⁊ ɔstātini tēporib⁹ iterū me videbis. Si q̄ tñ saluati fuerūt q̄b⁹ reuelatio nō fuit facta: nō fuerūt saluati absq̧ fide mediatoris. Quia ⁊ si non habuerunt fidē explicitā habuerūt tñ fidē implicitā in diuina ꝓuidētia credētes deū eē liberatorē hoīm ɓm modos sibi placitos ⁊ ɓm q̄ aliq̄b⁹ v̄itatē cognoscētib⁹ ipē reuelasset. ɓm illud Job. xxxv. Qui docet nos sup iumēta terre ⁊c. hec Tho. Sȝ nō ē determinare sub fide cadēs xp̄i icarnatiōis p̄ quā [illegible] hoc fit

implendũ. Uñ cũ maioris fidei sit miracu-
lũ fiẽdũ in ↄceptõe xpi ex vgine q̃ in ↄcepti
one iohis ex sterili. Et ↄceptio iohis p āge
lũ pnũciata fuit ne fortuito s; ex dei puidẽtia
accidere putaret. g multo ampli⁹ ↄceptionẽ
xpi ãnũciatio p ãgelũ pcedere debz. Sz illã infi
ma ierarchia hz officium dirigẽdi hoies sm
quãdã limitationẽ. vl vni⁹ puincie sic ordo
pncipatuũ. vel vni⁹ hoīs sic ordines ãgeloꝝ
⁊ archãgeloꝝ q differũt. Quia ad ãgelos p-
tinet dirigere i actib⁹ alicui⁹ homis q ad ips
tãtũ ptinet. vñ dicunt minima nũciare. Ad
archãgelos vo ptinet dirigere i actib⁹ alicu
ius hois q tm i [illegible] mltitudinẽ redũdãt vñ
⁊ medij sunt int pncipat⁹ ⁊ ãgelos: qd etiã
eoꝝ nomẽ oñdit. Dicũt em archãgeli q̃si p n
cipes ãgeli. Quia g ↄsens⁹ btẽ vginis q per
annũciationẽ reqrit ẽ act⁹ singularis psone
in mltitudis salutẽ redũdãs sumo toti⁹ hũa-
ni gñis. g ãnũciãs dz eẽ d ordine archãgelo
rũ ⁊ int eos sũm⁹. Itẽ in ↄceptõe xpi dz ↄtra
hi matrimoniũ p īdiuisibilẽ ↄiũctõez diuine
⁊ hũane nature. Sz i matrimonio reqrit cõ
sensus q p vba nũcioꝝ exigit ⁊ ↄciliat. g de-
cet vt ifinita tua maiestas p archãgelũ tuũ
ↄsensũ exqrat vginis de q̃ hũanã naturã as
sumat fili⁹ tu⁹ i vnitatẽ psõe. Cũq; sic locuta
fuisset dña fides: iussit sctissima trinitas ga-
brieli archãgelo vt iret i ciuitatẽ nazareth p
uincie galilee ⁊ itraret domũ marie virginis
cũ debita reuerẽtia reqrens ab ea consensũ
in incarnationẽ xpi. qd ⁊ fecit. vñ Luc. i. ca.
dicit sic. Missus est angel⁹ gabriel a deo in
ciuitatẽ galilee cui nomẽ nazareth. Secũdo
fuit vocata dña sapiẽtia que genuflexa corã
sanctissima trinitate dixit illud qd ponit san
ctus Tho iij. parte. q. xxix. articu. i. in respõ.
sic. Clemẽtissime dñe ↄueniẽs est xpm de de-
sponsata virgine nasci. Tum ppter ipm Tũ
ppter matrẽ. Tum ppter ipos hoies. Pro-
pter ipm quidẽ xpm ppter quattuor ratio-
nes. Primo quidẽ ne ab infidelib⁹ tanq̃ il-
legitime natus obijciat. Unde Ambrosius
dicit super Lucã. Quid iudeis quid herodi:
posset ascribi: si natũ viderent ex adulterio
persecuti? Secũdo vt consueto modo eius
genealogia p viruz describeret. Unde dicit
Ambrosi⁹ sup Lucã. Qui in seculũ venit: se
culi debuit more describi. Uiri aũt psona q̃-
ritur q in senatu ⁊ reliquis curijs ciuitatũ ge
neris asserit dignitatẽ. Cõsuetudo etiã nos
instruit scripturarũ q semp viri originẽ querit
Tertio ad tutelã pueri nati ne dyabol⁹ ↄtra
eum vehemẽti⁹ nocumẽta pcuret. Sed ideo
Ignati⁹ dicit ipam fuisse desponsatã vt par
tus ei⁹ dyabolo celaret. Quarto vt a ioseph
nutriret. vñ ⁊ pat ei⁹ dict⁹ est q̃si nutrit⁹. Est
etiã cõueniẽs ex parte virginis. Primo qui-
dem q: per hoc reddit imunis a pena. s. ne la
pidet a iudeis tanq̃ adultera. vt Hiero. dic.
Secũdo vt p hoc ab infamia liberet. vñ dic
Amb. sup Lucã Qz desponsata est ne teme
rate vginis aduret infamia cui grauis al
uus corruptele videret insigne pferre. Ter
tio vt ei a ioseph ministerium exhibeat. vt
Hiero. dicit. Ex parte hoim etiã h est ↄueni
ens. Primo qdẽ eo q testimonio ioseph ↄm
probabit xpm ex vgine esse natũ. vñ Amb.
dicit super Luc. Locupletior testis pudoris
maritus adhibet qui possit ⁊ dolere iniuriã:
⁊ vindicare opprobriũ si non agnosceret sa
cramentũ. Secundo q: ipa verba virginis
magis credibilia reddent suã virginitatem
asserentis. vnde Ambrosi⁹ dicit super Luc.
Fides marie verbis magis asserit si mẽda-
cij causa remouetur. videretur em culpã ob-
umbrare mẽdacio voluisse innupta pgnãs
Causam autẽ mentiendi despõsata non ha
buit: cũ coniugij premiũ ⁊ gratia nuptiarũ
partus sit feminarũ. Que quidẽ duo ptinẽt
ad firmitatẽ fidei hoim. Tertio vt tollatur
excusatio virginibus q ppter incautelã suã
non vitant infamiã. Unde Ambrosi⁹. Non
decuit virginib⁹ sinistra opinione viuentib⁹
velamẽ excusatiõis relinq quo mat dñi vide-
retur. Quarto p hoc designat vniũsa ecclia
que cum virgo sit: desponsata est tamen vni
viro xpo. vt Aug. dic lib. de sancta virginita
te. h Tho. Cumq; sic locuta fuisset dña sapiẽ
tia: cõmisit sctissima trinitas gabrieli archã-
gelo vt iret ad virginem desponsatã. Ideo
euangelista sic esse factũ ostendit dicẽs ↄse-
quẽter. Ad virginẽ desponsatã viro cui no
men erat ioseph. Inter quos fuit veruz ma-
trimoniũ q: vterq; consensit in copulã cõiu-
galẽ. Nõ aũt expresse in copulã carnalẽ nisi
sub conditione. s. si deo placeret. Tertio fuit
vocata dña veritas que genuflexa corã san
ctissima trinitate: dixit illud qd ponit sanct⁹
Thomas. iij parte. q. xxxi. arti. ij. in respon.
sic. Summe deus xpus specialiter duorum
antiquorum patrum filius esse debet. s. abra
he ⁊ dauid. vt pz Math. i. Cuius ratio est
multiplex. Prima quidẽ q: ad hos specialiter
de xpo repromissio facta ẽ. Dictum est em
abrahe Gen. xxij. Benedicent in te omnia

gentes terre. Qđ apl's de xp̄o exponit dicēs Gal. iij. Abrahe dicte sunt ꝓmissiones ⁊ semini ei'. Nō dicit ⁊ semib' q̄si in multis sed in vno: ⁊ semini tuo q̄ est xp̄s. Ad dauid autem dictū est. De fructu vētris tui ponā sup sedē tuā. Vn̄ ⁊ ppl'i iudeoꝝ xp̄m vt regē honorifice suscipiētes dicebāt math. xxi. Osanna filio dauid. Secūda rō est q2 xp̄s futur' est rex ꝓpha ⁊ sacerdos. Abrahā aūt sacerdos fuit vt pꝫ ex hoc ꝙ dn̄s dixit ad eū. Genes. xv. Sume tibi vaccam triennē ⁊c. Fuit etiā ꝓpha s̄m qđ dicit̄ Genes. xx. Propheta est ⁊ orabit ꝓ te. Dauid aūt rex fuit ⁊ ꝓpheta. Tertia rō ē q2 in abrahā p̄mo incepit circūcisio. In dauid aūt maxime manifestata est dei electio. s̄m illud qđ dr̄. i. Reg. xiij. Quesiuit sibi dn̄s virū iuxta cor suū. Et idō vtriusq3 fili' xp̄us specialissime dici debet vt ostendat̄ esse in salutē circūcisioni ⁊ electiōi gentiliū. Ideo vt veritas appareat in tua ꝓmissione xp̄us debꝫ esse de domo dauid. hec Tho. Cūq3 sic locuta fuisset dn̄a veritas cōmisit gabrieli archangelo vt iret ad virginē desponsatā ioseph q̄ esset de domo ⁊ descēdētib' a dauid. Ideo euangelista sic factū esse ōn̄dit dicēs de domo dauid q̄m Amb. dixit xp̄m de semine iecconie descendisse. Quarto fuit vocata dn̄a v̄ginitas q̄ genuflexa corā sctā trinitate dixit illud: qđ ponit sctūs Tho. iij. pte. q. xxxi. arti. iiij. in respō. sic. Licet fili' dei carnē hūanā assumere posset de quacūq3 materia voluerit: cōuenientissimū tn̄ ē vt de femina carnē accipiat ꝓpt̄ tres rōnes. Primo q̄dē q2 ꝑ h' tota natura hūana nobilitabit̄. vn̄ Augu. dic̄ li. lxxxiij. q. ꝙ hoīs liberatio in vtroq3 sexu debuit apparere. Ergo q2 virum oportebat suscipere q̄ sexus honorabilior est: ꝯueniēs erat vt feminei sexus liberatio hinc appareat q2 ille vir de femia nat' est. Secundo q2 ꝑ hoc veritas incarnatōis astruit̄. vn̄ Amb. dic̄ li. de incarnatōe. Multa s̄m naturā inuenies ⁊ vltra naturā. Secūdū em̄ ꝯditionē nature i vtero feminei corpis fuit: Sꝫ sup̄ ꝯditionē v̄go ꝯcepit. v̄go gn̄auit: vt crederes q2 de' erat q̄ inouabat naturā ⁊ hō erat q̄ s̄m naturā nascebat̄ ex hoīe. Et Aug. dic̄ in ep'la ad volusianū. Si oipotēs de' hoīem vbicūq3 formatū nō ex matno vtero crearet s3 repētinū inferret aspectib': nōne opinionē ꝯfirmaret erroris: nec hoīem verū suscepisse vllo modo crederet̄: ⁊ dū oīa mirabilit̄ facit auferret qđ misericordit̄ fecit. Nūc v̄o ita inter deū ⁊ hoīeꝫ mediator apparuit vt i vnitatē

ꝑsone copulās vtrāq3 naturā ⁊ solita sublimaret insolitis ⁊ insolita solitis tēperaret. Tertio q2 ꝑ hūc modū ꝯplet̄ oīs diuersitas gn̄ationis hūane. Nā p̄m' hō ꝓduct' est ex limo terre sine viro ⁊ femīa. Eua v̄o ꝓducta est ex viro sine femina. ceteri v̄o hoīes ꝓducūt̄ ex viro ⁊ femia. vn̄ hec q̄rtū q̄si xp̄o ꝓprium relinq̄bat̄ vt ꝓduceret̄ ex femia sine viro. h' ille. Cūq3 sic locuta fuisset dn̄a v̄ginitas cōmisit sctissima trinitas gabrieli archangelo vt annūciaret bt̄e v̄gini ꝙ ex ea xp̄s carnē assumeret. Ideo euāgelista sic esse factū dicit ⁊ nomen v̄ginis maria. Quinto fuit vocata dn̄a puritas q̄ genuflexa corā sctissima trinitate: dixit illđ qđ ponit sctūs Tho. iij. pte. q. xx. arti. iiij in respō. sic. Que a deo sunt ordinata sūt. vt dr̄ Rom. xiij. Angel' aūt mittit̄ a te sūmo deo ad h' ꝙ v̄gini ānūciet incarnationē verbi. vt dr̄ Luc. i. Ergo ordinatissime debꝫ ānūciatio ꝑ angelū cōpleri. Ordo aūt est reddere mētē virginis attētā ad tāte rei considerationē ne videret̄ illudi. Cognouit aūt sctissima trinitas q̄d intēderet dn̄a puritas: ⁊ cōmisit gabrieli archāgelo ānūciatōeꝫ fiēdā ꝯgruo ordine. Qđ q̄dē fecit eā salutando: q̄dā noua ⁊ isolita salutatōe dicēs Aue vn̄ Orige. dic̄ sup Luc. Qr si sciuisset ad aliū quēpiā similē eē factū s̄monē: vt pote q̄ habebat legis sciām: nūq̄ eā q̄si ꝑegrina talis salutatio terruisset. In q̄ q̄dē salutatōe p̄misit idoneitatē ei' ad ꝯceptū i eo ꝙ dixit Gratia plena. Expssit ꝯceptū i eo ꝙ dixit. dn̄s tecū ⁊ p̄nūciauit honorē ꝯsequētē: cū dixit. benedicta tu i mulierib'. h' Tho. Sexto fuit vocata dn̄a prudētia q̄ genuflexa corā sctissima trinitate dixit illđ qđ ponit sctūs Tho. iij. pte. q. xxx. arti. iij i respō. sic. Angel' ānūciās matri dei debuit corporea visione apparere. ⁊ h' ꝯueniēs ē ꝓpt̄ tria. Primo q̄dē ꝯgruū ad id qđ ānūciat̄. Venerat em̄ angel' ānūciare icarnationē inuisibilis dei. Vn̄ etiā ꝯueniēs ē vt ad hui' rei declarationē inuisibil' creatura formā assumat in q̄ visibilit̄ appareat. Cū etiā oēs apparitōes veteris testamēti ad hāc apparitionē ordinent̄ q̄ fili' dei i carne apparuit. Scđo ꝯgruū ē dignitati m̄ris dei q̄ nō solū i mēte s3 etiā in corporeo vētre ē dei filiū recceptura: ⁊ iō nō sola mēs ei' s3 etiā sens' corporei sūt visione āgelica refouēdi. Tertio cōgruit certitudini ei' qđ ānūciat̄. Ea em̄ q̄ sūt ocul' subiecta certi' hoīes cōprehēdūt q̄ ea q̄ imaginat̄. vn̄ dicit Criso. sup Mat. Qr angel' nō in sōnis imo visibilit̄ v̄gini astitit.

Nam q2 magnā valde relatiōem ab angelo accipiebat:egebat tāte rei visione solēni.hec tho. Tūc angel⁹ dixit dn̄e prudētie. Corpalis visio sp̄ualis sub͡e stupefacit vidētes. Sz me li⁹ est q̄ a tali turbatōe mens btē virgīs p̄e seruet. Nō ḡ ɔgruit vt hec ānūciatio fiat per corpalē visionē. R̄ndit prudētia dic̄ illud q̄ ponit sctūs Tho. vbi sup ad tertiū dōm sic. Sicut Amb. dic̄ sup Luc. Perturbamur et a n̄ro alienamur affectu qñ restringimur ali cui⁹ supioris ptāt occursu. Et h̄ nō solū ɔti git in visiōe corpali:s̄z etiā in visiōe ymagina ria.vn̄ Gen̄.xv.ca.d: Cū sol occubuisset sopor irruit sup abrahā:ꝛ horror magn⁹ ꝛ te nebrosus iuasit eū. Talis tn̄ pturbatio hōis nō tn̄ hoī nocet:vt ppt eā debeat angelica appitio p̄termitti. P̄rio quidē q2 et h̄ ipso q̄ hō sup̄ seipm̄ eleuat q̄d ad ei⁹ ptinet digni tatē ps ei⁹ iferior debilitat:ex q̄ ɔuenit ptur batio p̄dicta. Sicut calore naturali ad iterio ra reducto exteriora tremūt. Scdo q2 sicut origenes dic̄ sup Luc. Angel⁹ apparēs:sci ens hāc eē hūanā naturā. Primū pturbati oni hūane medet.vn̄ ꝛ zach.post turbatiōez dixit. Ne timeas zach. Et ppt h̄ vt legit i vi ta btī Anthonij. Nō difficilis est bonoꝝ spi rituū maloꝝq̄ discretio. Si eñ p⁹ tiorē suc cesserit gaudiū a dn̄o venisse sciam⁹ auxiliū q2 securitas aīe p̄ntis maiestatis indiciū est Si aūt icussa formido pmāserit hostis ē q̄ vi det h̄ Tho. Tūc sanctissima trinitas cōmi sit gabrieli archangelo vt visibili forma bea te v̄gini appereret:ꝛ ei annūciaret q̄ in salu tatōe ɔtinētur. Quod ꝛ fec. Que cū audisset sez btā v̄go turbata ē in s̄mone ei⁹ꝛ cogita bat qualis esset ista salutatio. Hec eñ turbatio virginis ɔueniēs fuit verecundie virginalis: q2 dicit Amb sup Luc. Trepidare virginum est ꝛ ad oēs viri igressus pauere omēsq̄ viri affatus vereri. Quidā tn̄ dicūt q̄ cū btā vir go assueta eēt visiōib⁹ angloꝝ.nō fuit turba ta in visione angeli:s̄z in admiratōe eoꝝ q̄ ei ab angelo dicebāt:q2 de se tā magnifica non [illegible]tabat.vn̄ ꝛ euāgelista nō dicit q̄ turba ta fuit in visione angeli s̄z in s̄mone ei⁹. Nā aīo hūili nil est mirabili⁹ q̄ audit⁹ sue excel lentie ꝛc. Septimo fuit vocata dn̄a itellig̃ē tia:q̄ genitrix erat corā sanctissima trinitate di cit illud qd̄ ponit sanct⁹ Tho iij pte.q.xxvij. ar.i.in R̄n.sic. Cōuenientissimū est matrē xp̄i v̄ginē cōcipere ppter q̄ttuor. Primo p pter patris mittētis dignitatē ɔseruādā. Cū eñ xp̄s sit ver⁹ ꝛ naturalis dei fili⁹ nō est cō ueniens vt aliū patrē habeat q̄ deū:ne dei di gnitas transferat ad aliū. Scdo h̄ est cōue niens ppietati ip̄i⁹ filij q̄ mittit:q̄ est verbū dei.verbū aūt absq̄ oī cordis corruptōne cō cipit q̄nimmo cordis corruptio pfecti verbi ɔceptionē n̄ patit. Q2 ḡ caro sic a v̄bo dei as sumi dz vt sit caro verbi dei:cōueniens est q̄ ēt ip̄a sine corruptōe m̄ris ɔcipiat. Tertio h̄ est cōueniens dignitati hūanitatis xp̄i:in q̄ locū habere pctm̄ nō dz:p quā pctm̄ mundi tollit.s̄m illud Joh.i.Ecce agn⁹ dei.s.innocēs qui tollit pctā mundi. Nō pōt aūt esse q̄ in natura iam corrupta ex ɔcubitu caro nascē tur sine ifectione originalis pcti. Vn̄ Aug.di cit li.de nuptijs ꝛ ɔcupia. Solus ibi nuptialis cōcubitus nō fuit.s.in matrimonio marie et ioseph:q2 in carne pcti fieri non poterat sine vlla carnis ɔcupia que accidit ex pctō:sine q̄ cōcipi voluit qui futurus erat sine peccato Quarto ppter ip̄m finē incarnationis xp̄i: qui ad hoc est:vt homines renascant in fili os dei nō ex volūtate carnis neq̄ ex volūta te viri:s̄z ex deo.i.ex dei virtute. Cui⁹ rei exem plū debet apparere in ip̄a ɔceptōe xp̄i. vn̄d Aug.li.de sancta virginitate dicit. Oporte bat caput n̄m insigni miraculo s̄m corpus nasci de virgine vt significaret sua mēbra de virgine ecclia s̄m sp̄m nascitura hec Tho. Cūq̄ sic locuta fuisset dn̄a itelligentia cōmi sit sanctissima trinitas Gabri.li archāgelo vt annūciaret beate virgini q̄ sicut v̄tute di uina fieri potuit:vt prim⁹ homo de limo terre formaret:ita etiā diuina virtute fieri pōt vt corp⁹ xp̄i formet de virgine absq̄ virili semi ne. Tūc angel⁹ vidēs beatā virginē turbari i sermōe ei⁹:dedit itelligentiā eoꝝ que dixerat dicēs. Ne timeas maria. Inuenisti eñ grām apud deum. Et vt clare intelligat:istruit eā de misterio incarnatōis qd̄ in ea erat īplen dū. Quod quidē fecit p̄nūciando ɔceptum ꝛ partū dicēs. Ecce concipies in vtero ꝛ pari es filiū. Et declarat sex magnalia de eo. Pri mo q̄ erit saluator mundi cū dicit. Et voca bis nomen ei⁹ iesum. Scdo q̄ erit glorifica tor mundi.cū dicit Hic erit magn⁹. Tertio q̄ erit de⁹ ꝛ homo.cū dicit Et filius altissimi vocabit. Quarto q̄ spiritualis regni fidei ꝛ gratie erit possessor.cū dicit Et dabit illi dn̄s deus sedem dauid patris eius. Quinto q̄ to tius synagoge et ecclie p eternitatem erit verus doctor:cū dicit. Et regnabit in domo iacob ineternū. Sexto q̄ oīm electoꝝ erit se pitern⁹ remunerator.cū dicit Et regni eius

nō erit finis. Ex istis pōt intelligere beā virgo magnū sacramentū. Octauo fuit vocata dña discreta que genuflexa corā sanctissima trinitate dixit illud qđ ponit sanctus Tho. iij. pte q. xxviij. ar. iiij. sic. Perfectionis opa magis sunt laudabilia si ex voto celebrent. q̄ si ex simplici deuotōe procedāt. Uirginitas āt in matre dei p̄cipue debuit pollere: ideo cōueniens fuit vt v̓ginitas ei⁹ ex voto eēt deo cōsecrata. verū q: tpe legis oportebat generationi insistere tam mulieres q̄ viros: q: ꝫm carnis originē cultus dei ꝓpagabat. Anq̄ ex illo ppl'o xp̄s nasceretur. mr̄ dei anteq̄ desponsaret Joseph: nō vouit absolute v̓ginitatē: licet eā in desiderijs habuerit sup hoc tamen voluntatē suā diuino cōmisit arbitrio. Postmodū vero accepto sponso: ꝫm q̄ mores illi⁹ tpis exigebāt simul cū eo votum virginitatis emisit. hec Tho. Ideo beata virgo cū angel⁹ sup̄dicta ei annūciaret: dixit. Quō fiet istud: qm̄ virū nō cognosco. vn̄ dic̄ Augu. li. de sancta virginitate. Annūcianti āgelo maria r̄ndit: quō fiet istud: qm̄ virū nō cognosco: qđ ꝓfecto nō diceret: nisi se virginē deo ante vouisset. Nono fuit vocata dña charitas: que genuflexa corā sanctissima trinitate dixit illud. qđ ponit sanct⁹ Tho. iij. pte. q. xxxij. arti. i in r̄n̄. sic. Licet cōceptionē corporis xp̄i tota trinitas operet: tn̄ deb; attribui spiritui sancto triplici rōne. Primo quidē q̄a hoc ꝯgruit cause incarnatiōis q̄ considerat ex pte dei. Spūs enī sanctus est amor p̄ris ꝛ filij. hoc aūt ex maximo dei amore ꝓuenit vt filius dei carnē assumat in vtero v̓ginali. vn̄ dr̄ Joh. iij. Sic deus dilexit mundū: vt filiū suū vnigenitū daret. Scđo q̄ hoc ꝯgruit cāe incarnationis ex pte nature assumēde: q: p hoc datur itelligi q̄ hūana natura assumenda est a filio dei nō ex aliq̄b⁹ meritis: sȝ ex sola grā q̄ spūi sancto attribuit ꝫm illud. i. Corin. xij. Diuisiones grārum sunt: idē aūt spūs. Et Aug. dicit in Encheridion. Iste mod⁹ q̄ est natus xp̄s de spū sācto insinuat nob gratiā dei: qua homo nullis p̄cedentibus meritis ex primo exordio nature sue quo esse cepit verbo dei copularetur in tantā vnitatem psone vt idē ipe esset fili⁹ dei. Tertio: q: h̄ cōgruit termino incarnationis. Ad h̄ enī terminata est incarnatio: vt homo ille qui concipiebatur sit sanct⁹ ꝛ filius dei. vtrūq̄ aūt horum attribuitur spūi sancto. Nam p ipsum efficiūtur homies filij dei ꝫm illud Gala. iiij. Qm̄ estis filij dei misit de⁹ spm̄ filij sui in corda vestra clamantē. Abba pater. Ipse etiam est spūs sanctificatōis vt dr̄ Ro. i. ca. Sicut ergo alij p spiritū sanctū sctificant spiritualiter vt sint filij dei adoptiui: ita xp̄s per spiritū sanctū debet in sanctitate cōcipi vt sit fili⁹ dei naturalis. vn̄ Ro. i. ꝫm vnam glosā. Quod p̄mittit qui predestinat⁹ est filius dei in virtute manifestat per id q̄ imediate sequitur ꝫm spiritū sāctificatōis. i. per hoc q̄ concept⁹ est de spiritu sctō. h̄ Tho. Cū q̄ sic locuta fuisset dña Charitas cōmisit sanctissima trinitas gabrieli archangelo vt prenūciaret beate virgini duarū personarū diuinarū aduentū in eam. s. psonam spūs sancti ad purgandū: ꝛ potentiā generatiuā p̄stendū. Et psonam filij ad carnē assumendū. Quō sic esse factū euāgelista testatur dicēs. Et r̄ndens angelus dixit ei. Spūs sanct⁹ superueniet in te: ꝛ virtus altissimi obumbrabit tibi. Uirtus enī altissimi p susceptionē nostre infirmitatis obūbrata est. Que verba exponēs Johes damascen⁹ vt allegat a magistro sen. lib. iij di. iij. cap. i. dicit sic. Preuenit in ipsā ꝫm verbū dñi qđ dic̄ angel⁹ purgās ipsā ꝛ potentiā verbi receptiuā pparans: sil' aūt ꝛ generatiuā. Et tunc obūbrauit ipsā dei altissimi p se sapia ꝛ virt⁹ exn̄s. i. fili⁹ dei patri homousios. i. ꝯsubstātialis ꝛc. Et hoc p assumptionē nr̄e humanitatis. Decio fuit vocata dña sāctitas: q̄ genuflexa coram sanctissima trinitate dixit illud qđ ponit sctūs Tho. iij. pte. q. xxxiiij. ar. i. in r̄n̄. sic. Abūdātia gratie sanctificātis aiam xp̄i deriuatur ex ipsa verbi vnione ꝫm illud Joh. i. Uidim⁹ gl'iam ei⁹ gl'iam quasi vnigeniti a patre plenū grē ꝛ veritatis. Sed in primo instanti cōceptionis corpus xp̄i d; esse aiatum: et a verbo dei assumptū: ergo in illo primo instāti cōceptionis: xp̄s debet habere plenitudinē gratie sanctificātis aiam ꝛ corpus ei⁹. Sanctificari aūt est aliquid fieri sanctū. Fit autē aliquid nō solum ex ꝯtrario: sed etiam ex negatiue ꝛ priuatiue opposito: sicut albū fit ex nigro et etiā ex nō albo. Hoies autē ex peccatorib⁹ efficiunt sancti ꝫm illud. i. corin. vi. Et h' q̄dem fuistis aliqn̄. s. peccatores. Sed abluti estis: sed sanctificati estis. Et ista sanctificatio hominū est ex peccato. Sed xp̄s quidē ꝫm hominē factus est sanctus: q: hanc gratie sanctitatē nō sp habuit nō tamen factus est sanctus ex peccatore: q: peccatū nūq̄ habuit. sed factus est sanctus: ex nō sancto ꝫm hominē nō quidem priuatiue. s. vt aliquando fuerit homo ꝛ nō fuerit sanct⁹. sed nega

tiae.s.q: quando nō fuit homo: nō habuit sā
ctitatem humanam. Et ideo simul debet fie-
ri homo et sanctus homo. hec Thomas. Cū
q3 sic locuta fuisset dña sanctitas: cōmisit sā
ctissima trinitas Gabrieli archangelo vt an
nūciaret virgini cōceptū eius fore sanctissi-
mum ꝓpter qō angelus dixit Luc. i. Quod
eīn nascetur ex te sanctū: vocabit filius dei.
Quod exponēs G. li. xviij. moraliū dicit sic.
Ad distinctionem nostre sāctitatis iesus sā
ctus nasciturus asseritur. Nos quippe si san
cti efficiamur: nō tñ nascimur: q: ipsa nature
corruptibilis cōditione ꝯstringimur. Ille au
tem sol⁹ veraciter sctūs nat⁹ est qui ex cōiun
ctione carnalis copule cōceptus nō est. hec
ille. Ideo dr̄ Jobis [redacted]. Quē pater sanctifi
cauit et misit in mundū etc. ¶ Undecimo fuit
vocata dña oīpotentia: q̄ genuflexa corā san
ctissima trinitate dixit illud qō ponit sanct⁹
Tho. iij. parte. q. xxx. arti. iij. [redacted]
sic. In hoc sacratissimo mysterio intendim⁹
principal'r aīm virginis inducere ad consen
sum: qō quidē fiet exemplo helysabet: et rōne
ex diuina potētia sumpta. Et sicut Amb. di
xit in hexamerō. Ob hoc multe steriles ꝑue
nerunt vt ptus credatur virginis: et ideo cō
ceptus helysabet sterilis inducit nō q̄si suf-
ficiens argumentū cum maius nō possit suf-
ficiēter ꝓbari per minus. Sed maius est vir
ginē peperisse q̄3 vetulam. Inducit autem quasi
quoddam figurale exemplū. Et ideo ad con
firmationē hui⁹ exēpli subdatur argumentū
efficax ex omnipotētia diuina hec Thomas.
Cūq3 sic locuta fuisset dña omnipotentia cō
misit sanctissima trinitas Gabrieli archāge
lo vt conceptum virginis manifestaret ex cō
ceptu senis et ex efficacia ṽtutis diuine. Qō
sic factum esse euangelista testatur cum an
gelus dixit Luc. i ad virginē. Et ecce helysa
bet cognata tua et ipa c. fi. in s. s. Et hic in ē
s. i. q. v. ste: q: nō erit impossibile apud deum oē
verbum. etc. ¶ Duodecimo fuit vocata dña
obedientia q̄ genu flexa coram sanctissima
trinitate dixit illud qō ponit sanct⁹ Thōas.
iiij. sen. di. xxviij. sic. Quedā sunt necessaria sacra
menti matrimonij quib⁹ omissis non est sa
cramentū: quedā aūt ad solēnitatē ptinēt
quib⁹ omissis verū pficit sacramentū. tñ pec
cat qui omittit. Sic ḡ ꝯsensus expssus ꝑ ver
ba de p̄senti int legitimas psonas ad ꝯhendū
verū facit matrimoniū. Sed spūale quoddā
matrimoniū reqrit inter filiū dei et hūanā na
turā. Et ideo ꝑ annūciationē expetit ꝯsēsus
virgis loco toti⁹ humane nature. Nā de⁹ nō
diligit coacta s3 volūtaria seruitia vt q̄ obse-
quūtur ex ipso mysterio mereāt. vñ cū bea
ṽgo singl'r excellēt i dī misteriū eligat: quē
vtero dz portare lacte alere: et brachijs baiu
lare deceret ꝯsēsus ei⁹ āgelo nūciante reqrat
hec Tho. Cūq3 sic locuta fuisset dña obediē
tia: cōmisit sctissima trinitas gabrieli archā-
gelo: vt ꝯsensū virginis ad tā celebre sacrm
exigeret. Quē beā ṽgo hūiliter ꝑhens: ad ob
sequiū se sedulā ac prōptā obtulit dic. Luc. i.
Ecce ancilla dñi: fiat mihi s̄m verbū tuū. Ec
ce qualiter. xij. dñe fuerūt vocate a sanctissi-
ma trinitate vt consulerent sup modo tenē-
do in incarnatione filij dei vt vere dicat bea
ta virgo: gratia plena. Quam nobis conce-
dat etc. Amen.

In eodē festo annūciationis beate virgi-
nis marie. Sermo iij. numero. xxxviij.

Benedicta tu in mulie
ribus. Luce. i. et in euāgelio p̄ntis
solēnitatis. beat⁹ Ber li. v. de cō si-
deratōe dicit sic. Mulier euāgeli-
ca que cōmiscuit tria sata farine fuit beata
ṽgo que in incarnatōe fermēto fidei sue cō-
miscuit tria sata. Nouū antiquum eternum
scilicet animā christi de nouo creatam: et cor-
pus antiquum de natura Adam: et eternum
in vnione diuinitatis. Hec ille. Sed hoc nō
potuit fieri nisi per modum meriti: ergo bea-
ta virgo meruit incarnationem per eam fie-
ri. A Sup quo verbo moueo istam questi
onem. Utrū beatissima virgo per sui admi
rabilē benedictionē: meruit in suo vtero fie-
ri diuinalē incarnationem. Ad istam que-
stionē respōdent duo doctores ecclesie. Pri
mus est Beda in homelia hodierna dicens
sic. Uere benedicta in mulierib⁹: que sine ex
emplo muliebris conditionis cū decore vir
ginitatis gauisa est honore parentis. Quē q̄3
virginē matrem decebat: dei filium pcreauit
hec ille. Secūdus est sanct⁹ Thomas. iij. p-
te. q. ij. arti. xi. in ꝯñ. dicēs sic. Necq3 etiā ope
ra cuiuscūq3 alterius hominis potuerūt esse
meritoria huius vnionis ex condigno. pro-
pter tria. Primo quidem: q: opera meri-
toria hominis ꝓprie ordinātur ad beatitu-
dinē que est virtut⁹ ꝓmium et consistit in ple
na dei fruitione. vnio autem incarnationis
cum sit in esse personali transcendit vnionem
mentis beate ad deum: que est per actum fru
entis. Et ita nullo modo potest cadere

sub merito. Scḋo q: grā nō pōt cadere sub merito cū sit merendi pricipiū. vñ multo minus cadit incarnatio sub merito que ē ꝑnci piū grē ſm illud Ioh.i. Gratia ⁊ veritas ꝑ iesū xp̄m facta est. Tertio: q: incarnatio xp̄i est reformatiua toti⁹ humane nature. Et iō nō cadit sub merito alicuius singlaris hoīs Q: bonū alicui⁹ puri hoīs nō pōt ēē cā hōi toti⁹ nature. Ex ꝯgruo tñ meruerūt scti prēs īcarnationē xp̄i: desiderādo ⁊ petēdo. Cōgruum enī erat vt de⁹ exaudiret eos q̄ ei obediebāt. ſꝫ ibi. Et.iij.sen di.iiij.q.iij ar.i. ad sextū dōm dicit sic Btā virgo nō meruit incarnatōēꝫ: ſꝫ suppositā īcarnatōē meruit ꝙ ꝑ eā fieret nō q̄ḋ merito ꝯgrui iq̄tum decebat vt dei mater ēēt purissima ⁊ ꝑfectissima. hec Tho. Tamen pono quattuor flores. B

Primus flos est iste. beatissima virgo maria ē ꝟe ꝑadisus terrestris in quo posit⁹ est scḋs adam celestis. Patꝫ ꝑ duos testes. Prim⁹ ē Salo. Canti.iiij dicēs sic. Ortus ꝯclusus soror mea spōsa: ort⁹ conclusus fons signatus. Emissiones tue paradisus maloꝝ punicoꝝ cū pomoꝝ fructibus. Scḋs est aug. in quoḋ sermone dicꝭ sic. De illa canitꝭ in canticis. Ort⁹ cōclusus fōs signatus emissiones tue paradisus. vere ortus deliciarū: in quo cōsita sunt vniuersa genera florū ⁊ odoramenta virtutū. Sicqꝫ ꝯclusus vt nesciat violari nec vllis insidiarū fraudibus corrūpi. Fonsqꝫ sigillo toti⁹ trinitatis signatus ex quo fons vite manat in cui⁹ luce oēs videm⁹. hec ille. Nam beatissima virgo maria assiīlatur ꝑadiso terrestri ꝓpter quattuor rōes. Prima ē ꝓpter suus dignitatem. Vñ sanct⁹ Tho. parte.i.q.cij ar.i in. Rñ. dicit sic. Est ꝗ paradisus vt ysido. dicit li. Ethimologiarū. Locus in orientis ꝑtibus ꝯstitut⁹: cui⁹ vocabulum a greco in latinū vertitꝭ ort⁹. Cōuenient̄er ꝗ in pte orientali ḋr sit⁹: q: credendū est ꝙ in nobilissimo loco toti⁹ t̄re sit cōstitutus. Cū enī oriēs sit dextera celi vt pꝫ ꝑ pħm scḋo de celo. Dextera aūt nobilior est q̄ꝫ sinistra, cōueniēs fuit: vt in oriētali pte ꝑadisus terrenus institueretꝭ. hec Tho. Sic gl'iosa virgo maria ē ꝑadisus terrestris nobilior ⁊ dignior ꝑadiso Naꝫ si in illo ponitꝭ adam hō a deo fact⁹: vt ḋr Geñ.ij. In btā ꝟgine ponitꝭ dei fili⁹ homo nouus qui ſm deū creatus ē: vt ḋr Eph.iiij.ca Si in illo eua formatꝭ ex adaꝫ In btā virgine fabricatꝭ ecclīa ex iesu xp̄o. Si ille est in dextera celi ⁊ beata virgo est in dextera dei. tū ꝓpter sanctificationē ei⁹ in vtero. tū ꝓpter sanctificationē eius in xp̄m cōcipiendo. Scḋa est ꝓpter necessarioꝝ vbertatē. vñ sanct⁹ Tho.i.parte.q.xcvij.ar.iiij.in Rñ. dicit sic. Duo remedia ad ꝯseruationē vite habebat homo in ꝑadiso ꝯtra duos defectus. Prim⁹ defect⁹ est deꝑditio humidi ꝑ actōem caloris naturalis q̄ est aīe istrm. Et ꝯtra hunc defectū subueniebatꝭ homini ꝑ esū alioꝝ lignoꝝ ꝑadisi: sicut ⁊ nūc subuenitꝭ nobis ꝑ cibos quos sumim⁹. Scḋs aūt defect⁹ est: q: vt dicit pħs.i. de gñatione. Illuḋ qḋ aggeneratꝭ ex alimēto extraneo adiunctum ei qḋ pri⁹ erat humido preexñti minuit virtutē actiuā speciei. Sicut aqua adiūcta vino cōuertitꝭ quiḋ in saporē vini: sed ſm ꝙ magis additꝭ: diminuit vini fortitudinem: ⁊ tandē vinū fit aquosum: sic ꝗ videm⁹ ꝙ in principio virtus actiua spēi est adeo fortis ꝙ pōt conuertere de alimento non solū ꝙ sufficiat ad restaurationē deꝑditi: sed etiā ꝙ sufficiat ad augmentū. Postmoduꝫ vero qḋ aggeneratꝭ nō sufficit ad augmentū: sed solū ad restaurationē deperditi Tandē vero in tpe senectutis nec ad hoc sufficit. vñ seqtur decrementū et finalitꝭ dissolutio corporis. Et ꝯtra hūc defectū subueniebatꝭ hoī per lignū vite. Habebat enī vim fortificandi virtutē spēi ꝯtra debilitatem ꝓuenientē ex āmixtione extranei. vñ Aug. dicꝭ.xiiij lib. de ciui dei.c.xxvi. Cibus aderat homini ne esuriret: potus ne sitiret. lignum vite ne illū senecta dissolueret. Et libro de questionib⁹ noui ⁊ veteris testamenti dicit ꝙ vite arbor medicine modo corruptioneꝫ hominū ꝓhibebat. hec Thomas. Spiritualiter beata virgo est paradisus efferēs cibum sacramentalem. s. corpus xp̄i quo anima pascitur. et potum. s. sanguinem xp̄i quo mens deuota satiatur. Vñ xp̄us dicit. Ioh.vi. Caro mea vere est cibus: ⁊ sanguis me⁹ vere est potus. Lignum vite est diuinitas xp̄i: que est vita ꝑ quā anima in gratia ꝯseruatur: qm̄ lignum vite est hijs qui apprehenderunt eam. Vt dicitꝭ prouerbio iiij. [illegible] ipsa beata virgo est cibus et potus anime: ſm illud Ecclesia. xxiiij. Qui edūt me adhuc esurient: ⁊ qui bibunt me adhuc sitient. Ipsa etiam est lignum vite. de qua dicit Augusti. in quodā sermone sic. Virgo vere plāta celestis: planta preciosior cunctis sanctis vniuersis. O vere lignum vite qḋ solum dignum fuit portare fructum salutis eterne. Hec ille. ¶ Tertio propter excelētiā suauitatis

tem. dr em̃ Gen̄.ij. Tulit dn̄s deus hoiem ⁊
posuit eum in padisum voluptatis vt opera-
ref ⁊ custodiret illũ. Sup q̃ vbo sc̃s Tho.
pte.i.q.cij.ar.iiij.i R. dic. ⁊ q̃ pt expeni[illegible]pli-
citer. sicut Aug dicit li.viij. sup Gen̄. ad lit
terā. Uno mō sicq̃ deus posuit hoiem in pa
radiso vt ipse de' opraref ⁊ custodiret hoiez.
opraref inq̃ iustificando ip̄m cui' opatio
si ab homie cessaret ptinuo obtenebraf. Sicut
aer obtenebraf si cessaret influētia luis. Custo
diret vero ab omni corruptōe ⁊ malo. Alio
mō pōt intelligi vt homo oparef ⁊ custodi-
ret paradisũ: nec em̃ illa operatio eēt laborio
sa: sicut post pctm̄ sz fuisset iocũda pp̄ter ex-
perientiā virtutis actiue. [illegible] pōt itel-
ligi q̃ custodia illa nō esset cōtra inuasores:
sz eēt ad hoc vt hō sibi padisuz custodiret ne
ip̄m peccādo amitteret. Et sic ordinaf para-
disus ad bonũ hois. hec Tho. Spiritualiter
paradisus est beata virgo in quo positus est
homo iesus xp̄s: vt opraref in ea.s. mirifica
sicut ipsa dicit Luce.i. Fecit mihi magna q̃
potens est. vñ Bern̄. in quodā smone dic sic.
Tria opa tres mixturas fecit illa sũma ma-
iestas in assumptione nostre carnis mirabi-
liter singularia: ⁊ singularif mirabilia: a n̄ nō
[illegible] facta nec ampli' facienda sup terrā. Cō
iuncta quippe sunt adinuicē de' ⁊ homo ma
ter ⁊ virgo: fides ⁊ cor humanũ. Verbũ ei
aia ⁊ caro in vnā cōuenere psonam: ⁊ h tria
vnũ sunt nō in cōfusione substātie: sz in vni-
tate persone. Hec est prima et superexcellens
mixtura. Secũda est virgo ⁊ mater: vtiq̃ ad
mirabilis ⁊ singularis: a seculo nō est auditũ
q̃ virgo esset que peperit: q̃ mater esset que
virgo pmansit. Tertia est fides ⁊ cor huma-
nũ. ⁊ hec quidem inferior: sz nō min' fortisā
fortis. Mirũ est em̃ quo modo cor humanũ
hijs duobus fidem accōmodauerit: quomō
credi potuit q̃ deus homo esset q̃ virgo fue
rit que pepisset. sicut ferrũ cũ testa iungi nō
possunt. sic nec ista duo poterant cōmisceri si
ne glutino spũs sancti Et hec quidē mixtu-
ra excellens. Scda excellentior. Tertia excel
lentissima declaraf. hec ille. Scdo posit' est i
beata virgine homo xp̄s iesus: vt custodiret
eam ab omni corruptione ⁊ infamia. vñ am
bro. sup Lucā dicit sic Maluit dn̄s aliquos
de ortu suo q̃ de m̄ris pudore dubitare. Sci
ebat em̃ tenerā esse virginis verecũdiam: et
lubricā famā pudoris. Nec putauit ortu' sui
fidē: matris iniurijs astruendā. Seruaf ita-
q̃ sācte marie sicut pudore integra: ita inio-

labil's opinione virginitas. Oportet enim
sciās ⁊ ab hijs q̃ foris sunt testimoniũ hr̄e.
Nec decuit virginib' velamen excusationis
relinqui q̃ ifamata mater dn̄i q̃ quo mō videre
tur. hec ille. Quarto pp̄ter loci tranq̃llitatez
vnde sc̃s Tho. pte.i.q.xcvij.ar.ij.in.R. dic
sic. Passio dicif dupl'r. Uno mō pp̄rie: ⁊ sic
pati dr qd a sua naturali dispōne remouef
Passio em̃ est effect'. In reb' aũt naturalr
pria agant ⁊ patiũtur adinuicē: quoz vnum
remouet alterũ a sua naturali dispositione.
Alio mō df passio cōiter fm quancũq̃ inmu
tationē. et si ptineat ad pfectionē nature sic
itelligere vel sentire dr pati quoddā. Hoc g
scdo mō hō in statu innocētie passibilis erat
⁊ patiebaf fm aiam ⁊ fm corpus. Primo
aũt modo dicta passione erat impassibilis ⁊
fm aiam ⁊ fm corp'. sicut ⁊ imortalis. Po-
terat em̃ passionē phibere sicut ⁊ mortem si
absq̃ pctō pstitisset. Uñ corpus hois in sta
tu inocentie poterat pseruari ne pateref lesi
onē ab aliq̃ duro. partim quidē p pp̄riā rati-
onē per quā poterat nociua vitare. partim et
per diuinā puidentiā que sic ipsum tuebaf:
vt nihil occurreret ex īprouiso: a quo lederet-
tur. hec ille. Ideo Aug. lib. xiiij de ciui. dei ca.
xxvi. dicit sic. Nihil corruptōis in corpore vel
ex corpe ullas molestias vllis eius sensib'
ingerebat: nullus interinsec' morbus nullus
ictus metuebaf extrinsecus. Summa in car
ne sanitas erat: in aīo tota tranquillitas. Si
cut in padiso null' estus: aut frigus: sic in ei'
habitatore nulla ex cupiditate vel timore ac
cidebat bone voluntatis offensio. h ille. Spi
ritualiter beata virgo fuit padisus fm aiam
et fm corpus. Qr vt dicit sanctus Tho pte
iij.q.xxvij.ar.iij.in.R. Per sanctificationem
virgīs in vtero.s. per grām abundātem quā
in sanctificatiōe acceperat: ⁊ etiā pfectius per
diuinā puidentiā sensualitas ei' ab omni in
ordinato motu phibebatur. Post modũ ve
ro in ipsa cōceptione carnis xp̄i. in qua p̄mo
debuit refulgere peccati imunitas: credendũ
est q̃ ex ple redũdauerit in matrem totalit
a fomite subtractio. Et hec figuratur Ezech.
xliij. vbi dicitur. Ecce gloria dei israel igredie
batur per viam orientalē. i. per beatam virgi
nem ⁊ terra. i. caro ipsius splendebat a ma-
iestate ipsius. s. xp̄i. hec ille. Unde illud qd
habuit Adam in paradiso terrestri fm origi
nalem iusticiam idē habuit beata virgo ma
ria per gratiā in sanctificatione ⁊ in xp̄i con
ceptione. Ipsa est ergo vere paradisus terre

fris: vt dicit prim⁹ flos ꝛc. ¶

Secundus flos est iste.

Primo lege naturali. Nam lex nature vult vt alijs faciamus quod nobis fieri volum⁹ Scd'o lex nature vult vt q̄ōlz mēbrū corpis teneat̄ ad ɔseruatōem corpis. Tertio lex natura vult vt mai⁹ bonū preeligat̄ minori bono. Ex q̄bus arguo sic. ciues tenētur facē cōmunitati. qd' sibi vellēt a cōitate fieri: vt dicit primū p̄ceptū leḡ naturalis: s̄ ciues vellent cōitatē tueri eoꝝ vitā corporalē: g̃ etiā ꝓ salute cōitatis ciues tenētur vitā exponere corporalē: maxime cū sint mēbra cōitatis: vt dicit scd'm p̄ceptū. Et q: bonū cōitatis est maius ⁊ meli⁹ q̄ȝ bonū ciuiū in p̄ticulari. Sic eñ legim⁹ fecisse romanos. Nā Camill⁹ rogauit deos vt oīa mala reipublice in domū suā trāsferrēt. qm̄ eque v̄tutis ē bona patrie auxisse ⁊ mala in se trāsferri voluisse. Liberauit eñ romā a gallis vt narrat Ualeri⁹ lib.i. rub.iij. Etiā Brutus filios suos qui rēpublicā conabātur destruere securi pcussit. Insup Cassi⁹ filiū suū iussit necari q̄ tētauit subripe dn̄iuȝ reipublice. Curci⁹ se in hiatū ꝓiecit vt ciuitatē liberaret. vt idē recitat lib.v. Ru.vi. Preterea Codr⁹ rex atheniēsiū respōso accepto a dijs q̄ꝓ illi vincerēt: quoꝝ rex primo ī bello interisset: veste sīlata in medio hostiū se occidendū exposuit. Etiā btūs Aug.li.i. de ciuitate dei de plurib⁹ recitat q̄ amore reipubl̄. se et suos morti exposuerūt Uegeti⁹ de re militari lib.i. ca.iiij. dicit Q: milites īperatori iurabāt mortē nō recusare ꝓ republica. Et Oraci⁹ dicit. Dulce ⁊ decoꝝ est ꝓ patria mori. Et Cicero lib.i. de officijs dicit. Oim societatuȝ nulla est gratior: nulla carior q̄ȝ illa que cuȝ republica est. Cari sunt parētes: cari sunt liberi: ꝓpinqui ⁊ familiares vnicuiq̄ȝ nostrū: sed oēs oim charitates patria vna cō plexa est. pro qua quisq̄ȝ bon⁹ nō dubitat mortē appetere si ei sit ꝓfectur⁹ ⁊c. Scd'o patet idē antecedens lege morali. primo q: moraliter viuens mai⁹ bonū debet preponere minori ⁊c. Scd'o q: status plurium moraliter viuentiū et cōiter est maius bonū statu paucoꝝ. patȝ q: ex pluribus bonis p̄ticularib⁹ resultat bonū vniuersale quod est maius bonū. vt dicitur primo Ethico. Tertio q: quilibet moraliter bonus vbi assit necessitas debet vitam exponere corporalem ꝓ amico. Patet q: amicorum est idem velle ⁊ idem nolle vt d: viij. Ethicoꝝ. Ergo sicut quilibet vellet pro se ita debet velle ꝓ amico Ex quibus arguo sic Ciues moraliter viuentes debent facere p̄ cōitate quod facerent pro amico si necessitas adesset per primū ⁊ secundū: s̄ pro amico in necessitate exponerent vitam corporaleȝ per tertiū: ergo a fortiori pro ciuitate debent exponere vitam corporalem in necessitate. Hanc conclusionē tenet ph̄s.iij. Ethicoꝝ dicens Q: fortis pro republica debȝ se exponere morti. Tertio patet idem ān̄s lege scripta. primo q: lex Moysi fuit data a deo vt habetur Exodi.xx. Ideo debet obseruari quo ad moralia. Scd'o q: ꝓ ipsa obseruāda hō iuste se debet exponere morti. patet primo machab' in pluribus capitulis. Nam Judas machabe⁹ eius pater ⁊ ei⁹ fratres morti se exposuerūt pro legis defensione. patet etiam libro iudicū de yepte gedeone sāsone ⁊ sic de alijs. Patet etiam de Joab qui dixit fratri suo illud.ij. R̄x.x. Esto vir fortis ⁊ pugnemus pro ppalo nr̄o ⁊ ciuitate dei nostri. Patet de hester q̄ se morti exposuit ꝓ populo dei Hester.v. Similiter Judith vt patet iudith.xiij ⁊ xiiij. Similiter Moyses optabat deleri de libro vite pro liberatōe populi sui Exodi.xxxij. Quarto patet idem ān̄s lege euangelica que ē lex ꝑfectionis et gratie. Primo quia mandat ꝓximū diligendum Math.xxij. et eidē subueniendū.i. Johānis.iiij. Si quis viderit fratrem suuȝ necesse habere ⁊ clauserit viscera sua ab illo nō est charitas dei in illo. Secundo q: mandat pro subuentione ⁊ defensione proximi vitam exponere corporalem. Johis xv. Maiorem hac dilectionem nemo habet q̄ꝓ vt animā suam ponat quis pro amicis suis. hoc fecit xp̄s: apostoli: martyres: virgines qui persecutiōem sustinuerūt et mortem violentam pro cōmunitate totius ecclesie. Ex q̄bus arguo sic. Quodlibet viuū est melius ⁊ eligibilius nō viuo: sed quilibeȝ ciuis pro pacifico statu reipublice tenetur vitam exponere corporalem: ergo a fortiori ⁊ pecuniaȝ que est quid nō viuum: ergo ⁊c. ❡ Secunda ɔclusio est q̄ꝓ ciues tenentur certam pecunie quātitatem soluere cōmunitati s̄m proportionem facultatum. Patet nam vt dicit sanctus Thomas p̄ma ij.q. xcvi. arti. [illegible] responsione. Leges posite humanitus vel sunt iuste vel iniuste. si quid iuste sunt habēt vim obligandi in foro ɔscientie a lege eterna a q̄ deriuātur: s̄m illud prouerbioꝝ.viij. Per me reges regnant: et legum conditores iusta decernūt. dicuntur autem leges iuste propter tria. Primo ex fine. s. quando ordinātur ad bonum cōmune. Scd'o ex auctoritate. s. q̄ lex lata non excedit potestatem ferentis.

Tertio ex forma scʒ qñ ſm eq̄litatē proportionis imponunt subditis onera ad bonum cōmune. Cū em̄ vnus homo sit ps multitudinis: sicut ⁊ quelibet pars id qd̄ ē: est toti⁹. vnde ⁊ natura aliquod detrimētū infert pti: vt saluet totū. ⁊ ſm hoc leges hmōi onera pportionabilr̄ ferenda imponētes iuste sunt ⁊ obligāt in foro ɔsc̄ie. ⁊ sunt leges positiue: h̄ Tho. ⁊ sic ptʒ ɔclō xa. Tertia ɔclusio est q̄ cōitas grauans ciues suos ⁊ dānificans notabi'iter vltra id quod mutuare vel soluere tenent̄: obligat̄ ad satisfaciendū eis. Patet Nam vt dixit sanctus thomas vbi supra leges dicunt̄ iniuste tripl'r. Uno modo p contrarietatē ad bonū hūanū ecōtrario tribus modis p̄dictis. Primo ex fine. s. cū aliquis p̄sidens leges imponit onerosas subditꝗ nō ptinentes ad vtilitateʒ cōem: sed magis ad ꝓpam cupiditatē vel gl'iam. Scd̄o ex auctre scʒ cum aliqs legeʒ fert vltra cōmissam sibi ptestatē. Tertio ex forma. s. cū onera ineq̄li ter multitu dini dispensant̄. etiā si ordinent̄ ab bonū cōmune: ⁊ hmōi magis sunt violētie q̄ leges. q: sicut Aug. dicit lib. de libero arbitrio lex esse nō videtur que iusta nō fuerit. Unde tales leges nō obligant in foro cōsciētie nisi forte ꝓpter vitandū scandalū vel turbationē. ꝓpter quod etiaʒ homo iuri suo cedere debet ſm illud Mat. v. Qui te angariauerit mille passus vade cū eo et alia duo. Et qui abstulerit tibi tunicā da ei ⁊ pallium hec Tho. Idem ponit Hostieñ. in sūma lib. p̄mo Rū. ij. de cōstit. §. vij. qñ constitutio ⁊c. sub. §. artat aūt. vbi dicit q̄ ɔstitutio ita demū artat si cōis sit ⁊ cōem statū nō offendat. ideo si claudicet nō astrintit. extra de cōstitut̄. cum oms̄ ⁊c. Quarta conclusio est q̄ cōitas grauās ciues suos vltra id quod tenebant̄ cōitati obligat̄ satisfacere ciuib⁹ suis vltra capitale: nō rōne mutui ſ; rōne dāni illati. Et licite ciues possunt illud recipe. Pʒ q: cōitas debet regulari iustitia: sed iustitia vult q̄ ciues nō grauent̄ vltra debitum. vñ [illegible] de hoc casu sicut cōiter d: de peda[illegible]is ⁊ questis ⁊ de iudice qui iniquā sn̄iam [illegible]lit. C. de pena iudicis qui male iudicauit. lege vltima. ⁊. xi. q. iij. c. quattuor ⁊c. Si enim aliqui ciues damnificati sunt occasiōe talis legis vel statuti vel coactionis tenent̄ cōditores ⁊ eoꝝ heredes ad restitutionē. Idē tʒ hostieñ. §. quid de ɔdentibus leges ⁊c. Sic ḡ videt̄ mihi esse dicendū ⁊ iudicandū inter vos duas: vt deinceps non sit lis inter vos.

Tunc iustitia ⁊ pax. i. ɔsc̄ia osculate sunt audita xitate que de terra venetoꝝ orta est. lō ciuitas venetoꝝ simul cum xp̄o clamat hodie dicēs. Quis ex vobis. s. p̄dicatorib⁹ aut scrupulose ɔsc̄ie hoib⁹ arguet me de pcō scʒ vsure in ɔctu imp̄stitoꝝ reddendo et satisfaciendo ciuibus meis p eo q̄ coegi eos ad mutuādū vel soluendū mihi vltra id qd̄ obligabant̄: quasi dicat nemo. Ideo domina ɔsc̄ia egit gr̄as deo q̄ ex hmōi contractu nō obligabat ciues suos ad damnationem sed expectabat eos ad regnum. Ad qd̄ nos ⁊c. Amen.

Dñica in ramis palmaruʒ. Sermo. xl. de ꝓcessione sanctoꝝ patrū associantiū xp̄ʒ in hierusalem.

Turbe que precedebāt et que sequebant̄ clamabāt dicentes. Osanna filio dauid. Mat. xxi. ⁊ in euāgelio ꝓcessionis hodierne Scd̄ʒ repn̄tatōeʒ eccl'ie hodie facim⁹ ꝓcessionē cū ramis palmarū ⁊ oliuarū sic̄ oliʒ populi hebreoꝝ honorifice ⁊ ꝓcessionalr̄ deduxerunt xp̄m in hierl'm ꝓut recitat̄ in euāgelio / ad designandū allegorice q̄ sancti pres veteris ⁊ noui testamēti associāt hodie xp̄m iesum in hierl'm ad passionē tolerandam. et mortē crucis subeundā die scō veneris futuro p redemptione totius humani generis. Unde Joh̄ crisostomus in homelia super assumpto themate dicit sic. Memores ppl'i mirabiliū eius que oñdit eis: ⁊ sanitatū q̄s p̄stitit eis: exultātibus cordibus suis ante ⁊ retro clamabāt. Osanna filio dauid. Qui p̄cedebāt seniores erant. i. p̄triarche ⁊ ꝓphete ceteriq; sancti q̄ ante aduentū xp̄i aduentū eius ⁊ p̄dixerūt ⁊ cognouerūt. Sequētes auteʒ iuniores. i. ap̄li martyres ceteriq; doctores q̄ post ascensum xp̄i de resurrectiōe eius et de ascensu etiā de opibus p̄dicauerunt et p̄dicant: ⁊ diuersis quidē tpibus fuerūt. tñ in oībus vnus exultationis sp̄us fuit. ⁊ illi quidē ꝓphetātes de xp̄o vēturo clamauerūt. Benedictus qui venit in noīe dn̄i. Hij aūt laudātes clamabant de aduētu xp̄i iam ad impleto. Osanna filio dauid. Osanna q̄dā interp̄tat̄ gl'iam: alij vo redemptionem: alij saluifica siue saluū fac qui oms̄ in ideʒ redeunt. Nam ⁊ gl'ia illi debetur: ⁊ redemptio illi cōuenit qui oēs redemit ⁊ p̄cio sui sanguinis effusione saluauit: hec ille. Precipit̄ aūt Exo. xij. sic. Dixit quoq; domin⁹ ad moysen Cris⁹.

et aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensiũ: primus erit in mẽsibus anni. Loquimini ad vniuersum cetum filiorum israel et dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisqz agnũ p familias et domos suas. Erit aũt agnus sine macula masculus anniculus: hec ibi. Quã figurã exponit beda in homel. hodierna dicẽs sic. Mediator dei et hoim homo xp̃us iesus qui p humani generis salute passurus de celo descẽdit ad terras: appropinquãte hora passionis: appropinquare voluit loco passionis: vt etiaz p hoc declaresceret: qr nõ inuitus s; sponte pateretur In asino venire et a turbis rex appellari ac laudari voluit vt etiã p hoc eruditus quisqz cognosceret ipm esse xp̃m quẽ sic venturum prophetia olim p̃missa signauerat. ante quinqz dies pasche venire voluit. sicut ex euãgelio Johãnis didicimus vt etiã p hoc ostẽderet se esse agnũ immaculatũ qui tolleret peccata mũdi. Agnus quippe paschalis cuius immolatione pp̃ls israel ab egyptiaca seruitute liberatus ẽ ãte quinqz dies pasche .i. decima luna domũ inferri et ipa die pasche .i. quartadecima luna iussus est immolari. significãs eũ qui nos suo sanguie redẽpturus ante quinqz dies pasche .i. hodierna die magno p̃cedentium sequentiũqz populorum gaudio ac laudatione deductus venit in templũ dei et erat quotidie docens in eo: hec ille. Ad Sup quibus vobis moneo talẽ q̃onem. Utrũ xp̃us rõnabiliter voluerit hodierna die honorari: q in mundum venerat p humani generis salute passionũ tormẽtis cruciari? Ad istam q̃onẽ rñdeo dicendo q xp̃s sic voluit hodie magnifice honorari ꝓpter duodecim rões licz alias fugerit honores: vt pz Joh. vi. Primo rõne maioris cõfusionis. qr cũ ipe esset a iudeis interficiẽdus et mors alicuius magnifici q̃to turpior: tanto sustinẽti cõfusibilior ẽ. Ideo vt ostenderet se passurũ ignominiose a iudeis: voluit hodie oñdere cuius dignitatis erat. Bern. Ab eodẽ ppulo et in eodẽ loco et ipo tẽpe paucis interpositis diebus. primo cum tanto triũpho susceptus: postea crucifixus est. O q̃ dissile ẽ tolle tolle crucifige eũ et benedictus qui venit in noie dñi: q̃ dissimile est rex israel: et nõ habemus regem nisi cesarem. q̃ dissimile est regnũ et crux: flores et spine cui ꝓsternabant vestimẽta aliena. ecce suis exuit et sors sup ea mittit. Cui dixerunt. Osanna .i. obsecro salua. Tũc dixerũt. Alios saluos fecit seipm saluũ facere nõ potest: hec ille. et sic apparuit magna confusio. ps. Qm̃ ꝓpter te sustinui opprobriũ: operuit confusio faciẽ meã. Secundo rõne verioris supscriptionis. Nam pylatus scripturus erat triũphali titulo. Jesus nazarenus rex iudeorum. Ut q veritatẽ haberet iste titulus conueniens erat vt honorifice ꝓclamaret a iudeis. Tertio rõne celebrioris ꝓtestationis. Nam vt ostenderet se esse verũ deum q corda hominũ vt vult mutat. ideo voluit a iudeis tanq̃ deus recipi cũ magno honore et gloria. Quarto rõne certioris cognitiõis. Nam vt auferret a iudeis velamẽ incredulitatis et se verũ messiam in lege p̃missum et a patribus ꝓphetarũ ostenderet iõ cũ gloria ad eos venit et c. Quinto rõne gloriosioris passionis. Nam vt ostenderet suã mortem futurã gloriosam nõ venit ad locũ passionis cũ timore coacte et occulte: sed cũ honore sponte et aperte. Sexto rõne singularioris resurrectionis. Nam vt discipuli aliquẽ singularẽ glorificationem de eo videntes minus turbarent de eius morte cum resurrecturũ sꝑrãtes. ideo sic venit. Septimo rõne vigorosioris dominationis. Nam vt oñderet regnuz mũdi qd suũ erat p creationẽ p suam potentiam fore sternendũ et sibi subiugandũ. ideo cũ tanto honore venit hierlm. Octauo rõne ꝓpheticalis impletionis. sic enĩ ꝓphetauerat zacharias ix. c. Exulta satis filia syon iubila filia hierlz Ecce rex tuus venit tibi iustus et saluator: et ascendẽs sup asinã et sup pullũ filium asine Et loquet pacẽ gẽtibus et ꝑtãs eius a mari vsqz ad mare: et a fluminibus vsqz ad fines terre. vt q hec ꝓphetia impleret. iõ cum gl'ia venit. Nono rõne exemplaris figurationis. Nam iste honor exhibitus xp̃o multipliciter fuit figuratus in veteri testamento. Primo moyses iethro cognato suo ꝓcessit obuiam et adorauit et osculatus est eũ. Exodi. xviij. Secũdo balach volens adorare balaã misit ad ipm seniores moab et maiores madian cũ muneribus: postea nobiliores principes. iuit q cũ p̃ncipibus iussu angeli. Quod cum audisset balach egressus est in occursuz eius. Perrexerũt ergo simul et venerũt in vrbem. Numeri. xxij. Tertio israel iuit obuiam ipsi dauid post mortem absalon. ij. Regum. xix. Quarto Salomon honorauit matrẽ eũdo ei obuiam cui assurrexit et adorauit et eaz iuxta se sedere fecit. iij. Reg. ij. Quinto mulieres exierũt obuiaz sauli et dauid ducẽtes choros in tympanis et sistris cãtãtes. Saul percussit

mille τ dauid decem milia ꝑmi Regũ.xviij. Sexto assuerus honorauit mardocheũ vestiendo vestibus suis sup equũ regis ponẽdo dyademate coronãdo: iubẽdo eũ duci p ciuitatẽ p vnũ de maioribus suis.hester.viij. Decimo rõne triumphalis honorationis. Nam romani vt refert tullius triplicẽ honorem exhibebant victoribus suis. Primo oĩs populus sibi cuꝫ letitia obuiabat. Secundo omnes captiui quos ceperat eius currũ vinctis manibus sequebanť. Tertio ipe victor indutus tunica iouis sedebat in curru queꝫ quattuor equi albi vsqꝫ ad capitoliũ deducebant. Ne ṽo supra se nimis eleuareť istum honorẽ tripl'r temperabãt. Primo vnus hõ ẜuilis cõditionis secum in curru ponebať vt cuilibet spes dareť ꝑueniẽdi ad talẽ honorẽ si ꝓbitas mereret. Scd̃o ille ẜuus eum colaphis cedebat dicens. Cognosce teipm̃. Tertio cuilibet licebat illa die in ipm̃ inferre oĩa opprobria que volebant. sed quia iste honor erat cõmunis bonis τ malis. ṽtuosis autẽ nõ cõuenit τ maxime xp̃o. ideo aliter honoratus est. Primo em̃ loco equi sedit sup asinam τ pullum vt designaret se fore honorãdum a duplici populo.s.iudaico figurato per asinam τ gentili figurato in pullo asine. Vñ Hiero.i homel'.hodierna dic̃ sic. Asina ista que subiugalis fuit τ domita τ iugum legis transierat: sinagoga est.pullus ṽo asine lasciuus τ liber gentiũ populus intelligiť. Super q̃bus sedit iesus: hec ille. B In isto honore fuerũt sex magnalia. Primo om̃s turbe gaudẽtes exierũt obuiam xp̃o dño. Secundo populi sternebant vestimenta sua in via. Tertio cedebãt ramos de arboribus et piciebant in via. Quarto eius discipuli ipsum adextrabãt. Quinto q̃ p̃ibant τ qui sequebanť laudabant eum. Sexto pueri vna cũ maioribus τ senioribus clamabãt dicentes. Osanna filio dauid.bñdictus qui venit in noĩe dñi.vbi cõmendať de q̃nqꝫ. Primo de deitate.s.q' sit deus Osanna. Secundo de assumpta humanitate.s.q' sit homo.filio dauid: Tertio de dignitate rex israel. Ioh.xij.τ Luce.xix. Quarto de benedictione. Benedictus q̃ venit in noĩe dñi. Quinto de saluatione.in nomine domini.ps. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Undecimo rõne vniuersalis pfectionis. Nã q̃nqꝫ genera psonarũ spãliter honorabanť. ẜm intentionem scripture. Primo victores Exemplũ de dauid redeũte ab interfectione goliath.ꝑmi Reg.xviij. Secũdo rectores vt impatores τ reges. Exemplũ. Regeꝫ dauid miphyboseth adorauit.ij. Reg.ix. Tertio sacerdotes τ medici ꝑmi tanq̃ꝫ curatores animarum.vnde.i.Thimoth.v.d'r. Qui bñ presunt p̃sbyteri duplici honore habeanť: scđ'l tanq̃ꝫ curatores corporũ.vnde eccli.xxxviij. dicitur. Honora medicum ꝓpter necessitatẽ τ em̃ creauit illum altissimus. Quarto p̃res et matres: exemplum. Ioseph ꝓcessit obuiã patri suo τ honorauit eum. Geñ.xlvi. Quinto doctores.exemplum de Salomone quem omnes reges ꝓpter eius sapiaꝫ honorabãt iij. Reg.v.τ.ix. Sꝫ xp̃s habuit h̃ omnia i se ideo super omnes homines debuit honorari. Primo em̃ fuit victor validissimus cum hostem infernalem debellauerit: vt patuit ĩ euãgelio ꝑme dominice huius quadragesime. Secũdo impatorẽ mũdi se esse declarauit vt patuit in euãgelio secũde dñice. vbi chananea dixit. Nam τ catelli edunt de micis que cadunt de mensa dominoꝝ suorum. Tertio medicum animarũ se declarauit vt patuit in euãgelio tertie dominice vbi hoĩeꝫ a dyabolo liberauit. Quarto p̃rem nostrũ se demonstrauit cibando τ gubernãdo vt patuit ĩ euãgelio quarte dominice. Quinto doctorẽ verum se exhibuit q̃ntum ad anime salutem vt patuit in euangelio q̃nte dominice dicens. Si quis ẜmonẽ meũ ẜuauerit τc. Duodecimo rõne sp̃ũalis p̃parationis. Nam si volumus interesse digne huic ꝓcessioni debem⁹ habere vndecim cõditiones quas habẽt hodie sancti patres associãtes xp̃um in hier'lꝫ ad locum passionis. Primo obedientiã mãdatorum dei ibi. Cũ appropinq̃ret iesus hierosolymã. Scd̃o delictoꝝ ꝯfessionẽ: ibi. Et venisset bethphage que domus bucce interꝑtatur. Tertio mĩe exhibitionẽ: ibi.ad montẽ oliueti. Quarto timorẽ filialem τ amorẽ p̃nalẽ habere ibi. Tunc misit duos de discipulis suis. Quinto simplicitatẽ opatiõis τ humilitatẽ corpalis macerationis: ibi. τ adduxerunt asinã τ pullũ. Sexto xp̃i imitationẽ τ puritatẽ ꝯuersatiõis: ibi. τ imposuerũt sup eos vestimẽta sua. Septimo volũtariã conformationẽ diuine volũtati: ibi. τ eũ desup sedere fecerũt. Octauo fiducialẽ speꝫ diuine ꝓtectõis.i. oẽꝫ fiduciã ab alio remouẽ τ in deo solo ponere: ibi. Plurĩa aũt turba strauerũt vestimẽta sua ĩ via. Nono pietatẽ exercẽ erga ĩterõe: ibi. Alij aũt cedebãt rãos d' arborib⁹ Decimo vires internas τ extnas ad deum

[handwritten:] ...mulieres dicentes Saul percussit mille David decem millia.

cõuertere ⁊ nihil cogitent: nihil desiderent nisi deum. Ibi. Turbe aũt q̃ pcedebant ⁊ q̃ sequebantꝰ. Undecimo audacter confitere xp̃z ore. Primo regem oĩa gubernantẽ: ibi ecce rex. Secũdo deũ te creantẽ: ibi tuꝰ. Tertio te adiuuantẽ: ibi venit tibi. Quarto piuz habitatorem: ibi mansuetus. Quinto mentis ⁊ sensualitatꝭ rectorẽ: ibi sedẽs sup asinã et pullum filiũ subiugalis. Sexto oĩm saluatorem: ibi osanna. Septimo humani generis amatorẽ: ibi filio dauid. Octauo maloꝝ excussorẽ. ibi bñdictus qui venit. Nono dyaboli debellatorẽ: ibi in noĩe dñi. Et h̃ modo clamãtes et pparati pr̃es veteris ⁊ noui testamenti associauerũt iesum xp̃m in hierl̃m. Hoc fuit figuratũ p duos discipulos q̃s misit xp̃s ibi. Tunc mittẽs duos de discipulis suis. s. petrũ qui figurat vetus testm̃. et philippum qui figurat nouũ testm̃. vnde hiero. in homelia dicit sic. Missis ad eos duobus discipulis suis vnũ in circũcisionẽ alterũ in gentes ⁊c. ¶ Qualr̃ aũt sancti pr̃es associauerunt xp̃m in hierl̃m declarandũ est hodie valde diligẽter ⁊ ordinate. s. qui sit crucifer. qui ceroferarij. qui vadãt in pcessiõe. qd portent in manu. qd cantẽt. vltimo q̃s sit sacerdos summus. Quantũ ad p̃mũ sciendũ ꝙ in ista sanctissima pcessiõe crucifer ẽ adã pthoparẽs humani generis. quod p꞉ꝫ cum extẽdit brachia sua ad lignũ scĩe boni ⁊ mali que extẽsio fuit facta in modũ crucis. Nam vt dicit scũs tho. iij. pte. q. xlvi. arti. iij. in r̃n. p̃ncipali. §. ij. q꞉ ⁊c. Hoc genus mortis. s. xp̃i in cruce maxime cõueniẽs erat satisfactioni p pctõ p̃mi parẽtis. qd̃ p꞉ꝫ eo ꝙ ɔ̃ mãdatuz dei pomũ ligni vetiti sumpsit. ⁊ iõ cõueniẽs fuit ꝙ xp̃us satisfaciẽdo p pctõ illo seipsum pateretꝰ ligno affigi quasi restituẽs qd̃ adã sustulerat. s̃m illud p̃s. Que nõ rapui tunc exsoluebã. vnde Augu. in quodã s̃mone de passione dicit sic. Cõtempsit Adã p̃ceptum accipiẽs ex arbore pomũ: s̃ quicq̃d adam pdidit xp̃s in cruce inuenit. hec ille. Et sancta mr̃ eccl̃a dicit. De parẽtis pthoplasti fraude facta cõdolens qñ pomi noxialis morte morsu corruit: ip̃e lignũ tunc notauit dãna ligni vt solueret. Hoc opꝰ nr̃e salutis ordo depoposcerat. multiformis pditoris ars vt artẽ falleret. ⁊ medelã ferret. inde hostis vnde leserat. Istud lignũ scĩe boni ⁊ mali erat phibitum ade: quia seruabatꝰ gustandum xp̃o. Nõ est q꞉ dr̃ geñ. iij. ꝙ mulier. i. eccl̃ia vidit lignũ bonũ ⁊ pulchrũ visu comedit et dedit viro suo. i. xp̃o ad comedendũ q̃ vt eã sanctificaret comedit. de isto ligno dr̃ Eze. xxxi. Ne lignũ paradisi nõ est assimilatũ illi. Adam q̃ portat crucez ⁊ cantat illud quod scribitur Ephe. iij. Flecto genua ad pr̃em dñi nostri iesu xp̃i. Ex quo oĩs pr̃nitas in celis ⁊ in t̃ra nominatꝰ vt det vobis s̃m diuitias glĩe sue vi turem corroborari p sp̃m eius in interiore hoĩe, habitare xp̃m p fidem in cordibꝰ vestris in charitate radicati ⁊ fundati vt possitis comp̃hendere cũ oĩbus sanctis q̃ sit latitudo ⁊ longitudo sublimitas ⁊ pfundũ: hec ibi. D Si eñ quesiuerimus ab adã vbi adiuenit istud signuz crucis. R̃ñdebit ꝙ in duodecim rebus. Primo in diuinitatis manifestatione. Nam vt dicit sanctus thomas p̃ma pte. q. i. arti. p̃mo. ad p̃mũ dicendum. Per pfunditatẽ intelligimus v̾tutem ad occulta cognoscendũ. p altitudinẽ excellentiã v̾tutis sup omnia. p longitudinẽ durationẽ sui esse. p latitudinẽ affectuz dilectionis ad omnia: hec ibi. Dyonisius aũt lib. de diuinis noĩbus. ix. c. dicit sic. Latitudo q̃dez diuina est dicenda sup latus dei ad omnia pcessus Longitudo aũt v̾tus sup tota extenta. profunditas aũt oĩbus exitibus neq꞉ comprehensibile occultũ ⁊ ignoratum: h̃ ille. Quod dictum sic exponit sanctus thomas ibidem p pfunditatẽ dei intelligitꝰ icomp̃hẽsibilitas essentie ip̃ius ⁊ pcessus: p longitudinẽ v̾tus eius omnia penetrans omnia sub eius ptectione cõtinentꝰ. ecce figura crucis ⁊c. Scd̃o in creaturarũ distinctione vt sublimitas sit natura intellectualis incorruptibilis. sc꞉ angelica natura: pfundum sit natura corpalis corruptibilis vt animalia irrõnabilia plante ⁊ mineralia. s. lapides ⁊c. Longitudo sit natura corporalis incorruptibilis vt celum. latitudo sit natura rõnalis corruptibilis. Rõnalis quo ad aĩam corruptibilis quo ad corpus. s. ecce figura crucis. Tertio in mundi firmatione vt sublimitas sit meridies: pfũdũ sit aquilo sinistrũ sit occidens dextrũ sit oriens. vt pbat p̃s secũdo celi ⁊ mũdi. c. [illegible] qm̃ determinatũ est ⁊c. vbi ponit tale exemplũ. Ponamus ꝙ caput hoĩs sit in polo antartico et pedes in polo artico, tunc manus dextra erit in oriente ⁊ sinistra in occidẽte ⁊ sic motus celi incipiet a dextra vt conuenit. ecce signum crucis. Quarto in tempoꝝ variatione vt sublimitas sit estas. s. quãdo sol ẽ in maiori sua exaltatione. pfundũ sit yems scilꝫ qñ sol est in maiori eius elongatione a

nobis & sic depressione. dextrum sit ver. s. qñ sol incipit appropinquare nobis. sinistrum sit autunnus. s. qñ sol incipit elōgari a nobis. Ecce signū cruc. Quito ī elemētoꝝ cōbinatione: vt sublimitas sit ignis cū sit superior omnibus elemētis ꝓpter sui leuitatē: ꝓfundum sit terra ꝓpter sui grauitatē. dextrum sit aer cū cōueniat in caliditate cū igne. sinistrū sit aqua eo ꝙ cōuenit in frigiditate cū terra. ecce figura crucis. Sexto in qualitatū ꝓportione vt sublimitas sit caliditas, ꝓfundum frigiditas. dextrū humiditas, sinistrum siccitas: qm̄ due harū sūt actiue & due passiue vt patet. ecce figura crucis. Septimo in hominis creatione vt sublimitas sit caput. ꝓfundum pedes latitudo ꝓcessus a dextra in sinistrum. lōgitudo a capite vsq ad pedes. Considera corpus hoīs extensum ex toto &c. Et clare videbis figurā crucis quā deus impssit corpori hoīs vt eam in reuerētia haberet. ecce figura crucis. Octauo in humoꝝ compositione vt sublimitas sit sanguis: qꝛ cōplexio sanguinea est ꝑfectissima. ꝓfundū melācolia: qꝛ nimis participat de terrestri. dextrū sit colera: sinistrū fleuma. Nono in viriū coaptatione vt sublimitas sit intellectiua. ꝓfundum sensitiua dextrū irascibilis. sinistrū cōcupiscibilis. Ecce in potentijs anime figura crucis est manifesta vt pꝫ. Decimo in natiuitatum originatiōe: vt sublimitas sit nasci de matre sine pr̄e sicut x̄bum tpali generatiōe. ꝓfundum sit nasci de patre & matre vt abel et cayn. dextrū sit nasci sine patre & matre vt Adam. sinistrū sit nasci de patre sine mr̄e vt Eua. ecce signū crucis. Undecimo in spūali renouatione vt sublimitas sit natiuitas spūalis Joh. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aq̄ & spū sancto nō pōt introire in regnū dei. Profundū sit natiuitas corporalis ibidē. Nunqd pōt homo iterato in ventrē mr̄is sue introire & renasci. Dextrū sit natiuitas ex legitimo mr̄imonio. sinistrum sit natiuitas ex adulterio vt pꝫ in genealogia xp̄i. ecce figura cruc. Duodecimo in mētali pegrinatiōe vt sublimitas sit posse nō peccare qut fuit in statu innocētie. Profundū sit nō posse nō peccare ꝓut est nūc sub originali pctō. Rom. viij. Uideo aliam legē in mēbris meis repugnātē legi mētis mee. Dextrū siue latitudo sit posse peccare & tn̄ non peccare. s. in statu gratie: Longitudo sit nō posse peccare. scꝫ in statu glorie. Ecce qualr̄ adam in his duodecī rebus adinuenit figurā crucis. ꝓ hoc facit qꝺ dicit Aug. sup ps. xcv. Adam orbē terrarū signat ꝫm grecā linguā quattuor littere sunt Alpha. Delta. Alpha. Mi. Sicut aūt greci loquunt̄ quattuor orbis ptes has in capite lr̄as hn̄t. Anatholē signat orientē. Dosis occidentē. arcthos aquilonē. mensebia meridiem. hēs adam. Ipe ḡ adam toto terrarū orbe sparsus est in vno loco fuit quottidie. et quodāmodo impleuit orbem terrarū: sed mia dei vndiq collegit fracturas & cōflauit igne charitatis & fecit vnū quod fractum fuerat: sed ille artifex fecit qui refecit: ille reformauit qui formauit: hec ille. ¶ Quātum ad scōm sacdū ꝙ ceroferarij siue accoliti sunt duo, s. abel & Enoch. Abel portat in manib⁹ suis lignū sanguinolentū quo occisus est a fratre suo cayn tanq̄ cereū. & erat accensum igne celesti quo diuinitus inflammabat sacrificiū eius. vnde dicit glosa super illud Egrediamur in agrū. duo filij ade duos populos exp̄munt. s. iudaicū natu maiorem & xp̄ianū minorē. Maioris sacrificiū de frugibus terre reprobat̄: q̄uis enī iudei carnalia sacrificia recte fecerint. tn̄ tempus noui testamēti a tpe veteris nō distinxerūt vnde iuxta. lxx. interpretes si recte offeras & recte nō diuidas peccasti: quiesce. recte offerebat quia deo: sed nō diuidebat qꝛ exteriora dabat se in neqtia cōfirmabat. Minoris sacrificium approbat̄ vel ꝫm Theodotionem inflammat̄: qꝛ ꝑ dilectione qua xp̄s dilexit nos nō exteriora sed seipsum patri obtulit. Quē caput minoris populi: maior natu. i. iudaicus populus crucifixit in caluarie loco: sicut cayn minorē frēm natu occidit in agro: ꝫ ibi. Et Hiero. in epl'is dicit sic. Septē pctā cōmisit cayn ꝯ abel. Primū ꝙ nō recte diuiserit, Scōm ꝙ fratri inuiderit. Tertiū ꝙ dolose egerit dicens. Transeamus in agrum. Quartū ꝙ occiderit. Quintū qꝛ ꝓcacit̄ negauerit. Sextū ꝙ se dānauerit dicēs. Maior est iniqtas mea q̄ vt veniā merear. Septimū ꝙ nec dānatus pnīam egerit: hec ille Sed vt dꝛ Gen. iiij. Ois q̄ occiderit cayn septuplū puniet̄: quē tn̄ Lamech occidit vt dꝛ ibidē. Septuplū vltio dabit̄ ꝺ cayn: de lamech vo septuagies septies. Sup q̄ glo. dic̄ sic. Peccatū lamech q̄ interpt̄at̄ humiliatus signat deiectionē humani generis qꝺ p̄uaricante adam corruit: nec ꝑ legē vel circūcisionem nec ꝑ suā iustitiā surgere potuit donec post septuaginta septē generationes ꝫm lucā xp̄s in mundū veniēs effusione sanguīs

sui pctm̄ deleuit. Unde nō dico tibi septies: sed vsq3 septuagies septies: hoc est in deum recipiendū esse post septuagintaseptem vindictas: si resipuerit τ xpi indulgentiā quesierit. Sicut ḡ septima gnatione peccatum cayn solutū est. Non em̄ iudicat deus bis in idipm̄ τ qui semel recipit in vita sua: nō eos dez cruciatus patieṫ in morte quos passus est in vita. Ita τ lamech. i. totius mūdi pctm̄ xpi aductu solutū est: hec ibi. Ita q3 abel vadens cū adam crucifero cantat illud quod scribiṫ Heb. xij. Accessisti ad syon montem sanctū τ ciuitatē dei viuētis hierl'm celestez et multoz miliū angeloz frequentiā τ ecclesiam p̄mitiuoz qui conscripti sunt in celis τ iudicem oīm deum τ spūs iustoz pfectoz τ testamēti noui mediatorē xp̄m τ sanguinis aspersionē melius loquentē ꝙ abel. Uidete ne recusetis loquentē p vobis. hec ille. Ecce p̄mus. Secūdus ceroferarius est enoch q̄ portat in manibus suis virentē ramū: quem accepit in quadā arbore paradisi terrestris de quo d̄r: Geñ. v. Ambulauitq3 cum deo τ non apparuit: q2 tulit eum deus. Sup quo dicit glosa. In generatione iustorum primus Enoch poniṫ qui dedicatio interp̄taṫ: q2 reprobi in p̄nti vita spē sue radicē figunt τ ab amore immarcessibilis hereditatis arescūt de q̄bus d̄r. Uidi stultū firma radice τ maledixi pulchritudini eius stati τc. In genere iustoz enoch septimus ab Adam poniṫ: q2 hic manentē ciuitatē nō querūt ꝗ expectationem vsq3 in finē tempoz extendunt. quod septenaria reuolutiōe terminabiṫ cū eternitas octaua successerit. Unde iste enoch qui septimus poniṫ τ translatus est q2 deo placuit. septimā requiē signat ad quā post hanc vitam qui deo pseuerāter adheret sine dilatione transferṫ. interp̄tatio quoq3 nominū huius generis idem significat. Adam interpretaṫ homo vel rubea terra. Seth positio vl' resurrectio henos homo. Cayn lamentatio. Malalel laudās deum. Jareth roboratus. Enoch dedicatio. Matusalē mortis emissio. Lamech humiliatus. Noe requies. Procedens ḡ homo et terra resurgēs a pctis erit homo inuocās deū τ deflens pctā pristina sicq3 laudās deū: roboratus spū dei dedicatur i vitā eternā: atq3 victor mortis deo subiectus requiē possidet sempiṫnam qd̄ signat noe q̄ reqes interp̄taṫ: τ decīo loco nūeraṫ q2 p impletionē mandatoz possideṫ regnum celoz: h̄ ibi. Cantat aūt Enoch illud ps. i.

Et erit tanꝙ lignū quod plantatū est secus decursus τc. Quē sic exponit beatus grego. lib. xx. moral. c. xvij. dicens. Creator noster q̄ in deitate sua videri nō poterat assumpsit a nobis vnde videreṫ a nobis. Ipe ergo secus aquas appaṙt: quia autor humani generis p humanitatē suā hoībus demōstrat. xū recte p ps̄ d̄r. Et erit tanq3 lignū quod plantatū est secus decursus aquarū: q2 fructū sui vmbraculi in ꝓtectionē nobis offerens appaṙt creator vt humanū genus p resurrectionez figeret: quod p defectū quotidie ibat i mortem. h̄ ille. In medio istoz duoz vadit seth tanꝙ thuriferarius portans in manu thuribulū aureū plenū igne τ thure. Et ascēdit fumus incensi vsq3 in celū. de quo dicit glo. super illud Geñ. iiij. Cognouit quoq3 adhuc adam vxorē τc. Per seth qui interp̄taṫ resurrectio significaṫ vita xpi ex mortuis quod i v̄bis matris significaṫ. Posuit inq̄t mihi deꝰ semē aliud quasi dicat eccl'ia q̄ luctū pro illo mortuo gaudeo de resuscitato: hec ibi. Cantat aūt seth illud ps̄. cxl. Dirigaṫ oratio mea sicut incēsum in ɔspectu tuo eleuatio manuū mearū sicut sacrificiū vespertinū. Sup q̄ dicit Augu. Sacrificiū vespertinū est passio dn̄i: crux dn̄i: oblatio dn̄i: victime salutaris holocaustum acceptū deo. Illud sacrificiū vespertinū fecit in resurrectione manꝰ matutinuz. τ ꝯmone p̄mo in parasceue dicit sic. Nouuz altare sacrificij xpi qm̄ imolatio noua τ admirabil'. ipe eī hostia erat τ sacerdos. hostia q̄dem ꝯm carnē. sacerdos v̄o ꝯm spm̄. Idē ipe qui offerebat τ quod offerebatur simul ḡ hostia τ sacerdos in altari crucis pfectus est. ¶ Quantū ad tertiū sciendū ꝙ in hac pcessione est triplex ordo. s. actiuoz: mulierum et cōtemplatiuoz. In p̄mo ordie. s. actiuoz: sunt p̄mo Noe τ Abraham q̄ vadūt simul. Noe tanꝙ vir iustus atq3 pfectus cum deo ambulauit: τ portat in manu lignū mie. ex q̄ fabricauit archam. vnde glosa. Geñ. vi. dicit sic. Noe p actus suos signat xp̄m q̄ ait. Discite a me q2 mitis sum τ humilis corde. solus iustꝰ inueniṫ cui ppter iustitiā suā ... hoīes donanṫ. Justus quoq3 xp̄s τ pfectus cui septem eccl'ie septiformi spū illuminate in vnam ecclīam ɔdonanṫ. noe per aquaz τ lignū liberaṫ: τ familia eius. sic familia xpi p baptismū τ crucē: hec ibi. Qz autem archa Noe significet crucē xpi. patet ex mēsura eiꝰ quā sic declarat Aug. lib. xij. contra faustum dicens. Trecentoz cubitoz erat longitudo

arche põt in trecẽtis cubitis lignũ crucẽ ostẽ
di. Dui⁹ eñ nũeri lr̃a T crucẽ signũ ondit q̃
socij passionis p baptismũ effecti longitudi
nem vite eterne adipiscimur. Altitudo trigi
ta cubitis surgit. quẽ numeruz decies habet
longitudo in trecẽtis cubitis. quia xp̃s est al
titudo nostra qui triginta annoꝝ euangeliũ
consecrauit cõtestans q: nõ venit legẽ solue
re sed adimplere. Tertio cũ in decem p̃ceptis
agnoscit in decies tricenis cubitis arche lon
gitudo pficit. Unde ⁊ Noe decim⁹ ab adã
computat. Centenarius solidus ⁊ q̃dratus
⁊ denario in se ducto multiplicat⁹ signat ele
ctos p iustificationẽ p̃ceptoꝝ glorificãdos.
Unde homo q̃ habebat centũ oues vna p̃
dita reliq̃t nonagintanouẽ ⁊ quesiuit eaz q̃
perierat: ⁊ inuẽtã vt centenariũ reformaret.
reposuit. q̃ triplicatus grãm immortalitatis
a patre p filiuz et spm̃ sanctũ suscepit: apud
eos qui p grãm trinitatis augent. ⁊ q̃ et cẽ
tenario lapsis p agnitionez trinitatis eidem
reformant. latitudo q̃nquaginta cubitorum
remissionẽ signat: q: q̃nquagesimus annus
i. iubileus suos liberabat: possessiões restitu
ebat: debitoribus indulgentiã dabat: exulib⁹
patriã. Christus ẽ in ecclesia sua q̃nquage
narium remissionis numerũ collocauit in la
titudine. Nisi eñ pctõꝝ remissionẽ donassz
ecclesia p orbez dilatata nõ fuisset. Tricena
rius in altitudine numerus simile trecentis
cõtinet sacrm̃. Ad vnũ aũt summa reuocat
quia vnus deus ex quo oĩa. vna fides. vnũ
baptisma. In cubito cõsummat summitas
eius. sic eccl̃ia in vnitate collecta sublimatur
atq̃ pficit. vnde qui nõ colligit mecũ disper
git. Ostiũ aũt arche pones in altitudine de
orsum. Nemo eñ intrat eccl̃iam nisi p sacra
mẽtum remissionis pctõꝝ quod de latẽ xp̃i
apto manauit: hec ibi. Cantat aũt noe illud
p̃me petri tertio. In diebus noe cũ fabrica
retur archa in qua pauci. i. octo anime salue
facte sunt per aquã. quod ⁊ vos nũc similis
forme saluos facit baptisma non carnis de
positio sordium sed cõsciẽ bone interrogatio
in deuz p resurrectionẽ iesu xp̃i a mortuis q̃
est in dextera dei: degluciẽs mortẽ vt vite e
ne heredes efficeremini pfectus in celũ sub
iectis sibi angelis et ptãtibus ⁊ virtutibus: h
ille. Cum isto vadit Abraham. de quo dicit
glosa sup illud Geñ. xviij. Apparuit aũt ei
dñs in cõualle. Abraham triplicẽ figuram
gerit p̃mam saluatoris qui relicta cognatõe
venit in mundũ: alteram patris quia filium
vnicum immolauit. Tertiã que in hoc loco
apparet sanctoꝝ qui aduẽtum xp̃i cum gau
dio susceperũt. Tabernaculũ abrahe hierlm
signat vbi p tempore pphete ⁊ apl̃i habita
uerũt: ⁊ xp̃s adueniẽs a credẽtibus except⁹
ab incredulis in ligno suspẽsus est. Tres vi
ri christi aduẽtum pnunciãt quẽ duo ange
li comitant moyses s̃m quosdam ⁊ helyas
Unus legislator qui in lege dñi aduẽtuz in
dicauit: alter qui in fine vẽturus secũdũ ad
uentum xp̃i nũciaturus ⁊ euangeliuz eius
p̃dicatur⁹ ẽ. Unde transfigurato in monte
domino cum eo videnf. Tres vidit ⁊ vnum
adorauit. s. saluatorẽ ostendens cuius aduẽ
tus prestolabat. vnde abraham vidit diem
meum. vidit ⁊ gauisus est. Preuidit eñ my
sterium futuri sacramẽti vnde pedes eorum
lauit ⁊ in finez mũdi purificationẽ lauachri
futuram monstraret. pedes eñ nouissima si
gnant: hec ibi. Portat aũt in manibus suis
arborem: quia vt dr̃ geñ. xviij. dixit abrahaz
requiescite sub arbore ⁊c. Sup quo dicit gl.
sic. Tria sata tres filios noe signantia q̃bus
omne genus humanũ post diluuiũ dissemĩa
tum est. ergo ecclesia vel euãgelica doctrina
per totum mũdum disseminãda ⁊ in tribus
mundi partibus. s. asia: affrica: europa mul
tiplicanda tria sata de quibus sarra subcine
ritios panes facit. tres filios signant Noe:
ex quib⁹ omne genus humanuz natum est
qui diuine trinitati credentes aqua baptis
matis per Sarram. id est ecclesiam consper
si sunt in vnum panem corporis christi reda
cti. Hec sunt tria sata farine que mulier in
euangelio Luce decimotertio fermentauit.
Azimi sunt panes: quia sine fermento mali
cie et ranchore nequitie et feruore peruerse
doctrine oportet esse credentium vnitatem:
subcineritij: vt per penitentiam delictorum
spiritus sancti calore decocti sic a deo dele
ctabiles efficiantur. Butirum et lac cum car
ne vituli apposuit. quia lac veterem legem si
gnat. Unde prime ad Corinthios tertio. ca.
Lac potum vobis dedi non escam. Tradi
derat enim illis legis mandata quasi lac de
vberibus duarum tabularum expressum.
Exodi vigesimoquarto capitulo. Hec est te
stamentum fidei: quia non poterant euan
gelice doctrine solidam escam sumere. Buti
rum vberrimum ⁊ pinguissimuz euangeliciũ
est testimonium: quia velut oleum fideli
bus in signum datur. Uitulum cum lacte et
butiro apposuit: quia nec corpus domini

portat.

sine lacte legis nec hoc sine euãgelio eẽ pōt. Vitulus tener ꝛ saginatus xp̄i corpus est q̄ p̄ salute mundi ad arborẽ crucis imolatus est q̄ p̄digo filio occidit, i. gẽtili pp̄lo. Sub arbore aũt sederũt in dñice passionis signũ cui⁹ p̄dicatores sũt. Ipse x̄o stabat iux̄ eos sub arbore: q: sacrũ crucis intuebat. hec ibi.
cantat. Cantabat aũt abrahã illud qd̄ nũc cãtat ecclesia in hymno. s. Arbor decora fulgida ornata regis purpura: electa digno stipite tã sancta mẽbra tãgere. Beata cui⁹ brachijs secli pependit preciũ: statera facta corporis p̄dam q̄ tulit tartari. De qua arbore dicit August. s̄mo. viij. in parasceue sic. Nisi in ligno xp̄s figeret: ligni illius p̄uaricatio minime tolleret: sed ideo ille se peccati voluit: ne nos diu eius peccã peruterẽt. innocentẽ tradidit vt reũ solueret. Quis tantã digne possit eloq̄ pietatẽ innocens affligit: vt noxius liberet. vt redimat seruus occidit filius. hec ille.

ysaac. Secũdo vadunt simul in p̄cessione ysaac ꝛ iacob. ysaac q̄ iam senuerat ꝛ caligauerãt oculi eius. Sup quo hyppolit⁹ martyr dicit sic. Ysaac portat ymaginẽ dei patris rebecca spũssancti. esau pp̄li prioris ꝛ zabuli. iacob eccl̄ie ꝛ xp̄i. senectus ysaac cõsummationẽ seculi. Oculi caligãtes perijsse fidẽ de mũdo ꝛ religionis lumen neglectũ esse significant. Qd' aũt filius maior vocat acceptio est legis iudeorũ. Qd' escas eius ꝛ capturã dilexit pat hoĩes sunt ab errore saluati: quos per doctrinã iustus qs venat. Sermo dei repromissionis benedictio ꝛ spes regni futuri. in quo cũ xp̄o sunt sancti regnaturi ꝛ verũ sabbatũ celebraturi. Rebecca plena spũ scõ sciens q̄ audisset anteq̄ pareret: q: maior seruiet minori. Reuelatione spũssancti q̄ qd̄ futurum esse nouerat in xp̄o añ meditabat in iacob: loquit ad filiũ minorẽ vade ad gregẽ ꝛ affer mihi duos hedos optimos p̄figurãs carneũ saluatoris aduentũ: quo eos liberaret q̄ pctī tenebant obnoxij. Hedi eñi vbiq̄ pctores significãt. duo afferri iubent vt duorũ populorũ assumptio significet: teneri scʒ ꝛ boni docibiles inq̄ ꝛ innocentis aĩe. Stola esau est fides ꝛ scripture hebreorũ: q̄ illis p̄mo date sunt. Roma. iij. Et pp̄lus gentiũ postea indutus: pelles circũdare brachijs eius pctã vtriusq̄ populi: q̄ xp̄s in extensione manuũ cruci secum affixit. Querit ysaac a iacob cur tam cito venit: scʒ admiratus velocẽ credentium fidẽ. Cibi delectabiles offerunt: q: hostia deo placens: salus pctõr. Qd' post esum sequit benedictio ꝛ eius odore perfruit: virtutem resurrectionis ꝛ regni aperti p̄nũciat Ecce odor filij mei: sicut odor agri pleni. hec est benedictio. Odore nomĩs xp̄i sicut ager mundus impletur. Benedictio est. De rore celi. i. pluuia diuini verbi. Et de pinguedine terre. i. congregatione populorũ. multitudine frumenti ꝛ vini. hec est multitudo quã colligit de sacramento corporis ꝛ sanguinis sui. Illi seruiũt populi. i. gentiles cõuersi. Ipsũ adorant tribus. i. populi ex circũcisione credentes. Ipse est dñs fratrum suorũ. i. iudeorum. Ipsũ adorant filij matris eius: q: s̄m carnem natus est ex ea. Ipsum qui maledixerit maledicet: ꝛ qui benedixerit benedicet Xp̄us ex ore populi patrem ignorantis benedicit. i. veraciter dicit: sed a iudeis alius benedici putat: q: ab errantib⁹ expectat. Sero esau ad patrẽ reuertit: q: prior pp̄lus in fine cõuertet. vñ cõuertent ad vesperam: ꝛ famem patient. Benedictionẽ repromissã petente maiore filio expauit ysaac: ꝛ aliũ p̄ alio se benedixisse cognouit: nec indignat cognito sacramẽto sed cõfirmat benedictionẽ dicens. Benedixi ei ꝛ erit bñdictus. hec est p̄ma bñdictio ysaac minori pp̄lo xp̄ianorũ data: sed nec maior filius oĩno despectus ẽ. Quia cum intrauerit plenitudo gentiũ: tũc oĩs israel saluus erit. cui⁹ secũde benedictionis p̄phetia est. In pĩguedine terre. i. fecũditate rerũ ꝛ potentia regni q̄ in illo pp̄lo fuit. Et in rore celi. i. in eloquijs dei. ipsis eñ eloquia dei credita sunt ꝛ legis testamenta. Viues gladio: q: sanguini populus ille dedit⁹ necem in xp̄o ꝛ p̄phis exercuit. Et seruies fratri tuo minori. i. pp̄lo xp̄iano. Tẽpusq̄ veniet cum excuties ꝛ solues iugũ eius de ceruicibus tuis: scʒ p̄ cognitionẽ fidei ꝛ gratiam xp̄i cõuersus: cum deposueris onus legis: q̄ñ iam non seruies minori: sed per fidẽ frater vocaberis. hec ille. Et portat ysaac in humeris struem lignorũ: ꝛ in manibus ignẽ Super quo dicit Augusti. in sermone de Abrahã sic. Qd' vero ysaac ipse sibi ad imolandum ligna detulit. hoc significat q̄ xp̄istus ad locum passionis sue crucem suã ipse portabit. hec ille. Cantat autem illud qd̄ habetur. Esa. ix. capi. Factus est principatus super humerum eius: ꝛ vocabit nomen eius admirabilis consiliarius: deus fortis: pater futuri seculi: princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: ꝛ pacis non erit finis. Super solium dauid ꝛ super regnum

eius sedebit: vt confirmet illud ⁊ corroboret in iudicio ⁊ iusticia a modo ⁊ vsq₃ in sempiternū. Zelus dñi exercituum faciet hoc. Qđ declarat Aug. vbi supra dicens. Tunc xp̄us imperiū super humeros habuit qñ crucē suā mirabili humilitate portauit. Nec incōgrue enim xp̄i p̄ncipatū significat: q: per ipsā diabolus vincit ⁊ totus mundus ad xp̄i noticiam ⁊ grām renouat. hec ille. Cum ysaac vadit iacob patriarcha. de quo dicit Aug. libro iij. de verbis dñi sermōe tertio sic. Quid sibi vult φ cum abrahā prius vocaret abram. deus illi mutauit nomē: ⁊ dixit. Non vocaberis abram: sed abrahā: ex illo non est vocat⁹ abraham. Jacob aūt cum accepit aliud nomen eadem verba audiuit. Non vocaberis iacob sed israel: ⁊ tñ post iacob vocatus est ⁊ israel. Et hoc ideo: q: nomen abrahe in h seculo explicandū fuit. hic est em̄ factus pat multarū gentium: vnde nomen accepit. Nomen aūt israel ad alterū seculū ptinet: vbi videbimus deū. Populus autē dei ppl's xp̄ianus in hoc tp̄e iacob ē ⁊ isrl: iacob in re isrl in spe. Supplantator: em̄ fratris: p̄ius minor populi maioris factus. Nunq̄d nos supplantauimus iudeos. sed plantatores eo: dicimur: q: nostri cā sunt supplantati. Nisi em̄ excecati essent xp̄us non crucifigeretur: sanguis ille preciosus non funderet: orbis terrarum non redimeret. Quia ergo nobis p̄fuit cecitas eo:: ideo a minore fratre maior supplātatus est: ⁊ appellatus est minor supplātator. Sed q̄diu hoc veniet tēpus finis secul. veniet ⁊ credet totus israel: nō illi qui modo sunt sed filij eo: q̄ tunc erūt. Nā modo isti per vias suas ambulantes ibunt ad loca sua: transibunt ad dānationē ppetuam. Quando fuerit factus vnus populus vterq₃ iam purgatus: iā resuscitatus: iā coronatus: iā in imortalē formā ⁊ incorruptionē ppetuā cōmutatus: videbit deū facie ad faciem: ⁊ iam nō erit iacob: sed israel. hec ille. Portat aūt iacob in manu sua scalā ligneā. de qua Aug. sermone secūdo de cathecismo dicit sic. Crux est scala celi: p quā xp̄s hoīes lapsum leuauit ad patrē. Non ergo laboriosa d₃ esse hec scala. Quattuor: em̄ gradus h₃ ⁊ p̄ducit ad deū. In altitudine crucis caput positū est crucifixi. sursum co: habeat xp̄ianus ad dñm: quēadmodū interrogat⁹ quottidie rñdet: ⁊ ascendit vnū gradū. In latitudine crucis manus extense sunt crucifixi. perseuerent manus xp̄iani in opibus bonis: ⁊ secundū gradū ascendit. In longitudine co: pus xp̄i pependit. castiget q̄s corpus suum pnīa ⁊ ieiunijs: vt ipsum sic suspendens seruituti aīe subijciat. ⁊ ascendit tertium gradū In p̄fundo crucis occultū est qđ non vides sed inde exurgit totum hoc qđ vides. assit fides xp̄iana: ⁊ q̄ non pōt cōprehendere credat corde: ⁊ altiora se non querat: spes eum nutriat: ⁊ tunc quartū gradū ascendit. Qui b⁹ vitā donauit q̄ bonos mores sic instruit. hec ille. Cantat aūt illud qđ habet. Gen̄. xxxij. In baculo meo transiui iordanē istū: ⁊ tunc cū duabus turmis regredior. Sup quo dicit Aug. sermo. xi. de ascēsione sic. Victimatus in cruce xp̄s expleuit archanū p hoīs liberatione consiliū ⁊ leta maiestas occisū hoīe₃ reduxit ab inferis incolumē: ⁊ cōtinue perduxit ad sue glorie sedē. Quis em̄ illuc poss₃ ascendere ⁊ ethereos demones trāsilire: nisi ille q̄ solus pctm̄ nullatenus potuit habere. Crux ergo illa non obfuit sed p̄fuit. q: in nobis xp̄s vicit ⁊ ipse in ea superari non potuit Non sepulchrū: non inferi: victricē detinuerunt carnē. Expendit em̄ de⁹ p hoīe qđ decreuerat: ⁊ eripuit quē volebat. hec ille. B

Tertio vadunt simul ioseph ⁊ iudas pr̄iarche de ioseph dicit Aug. in sermone de eo sic Quotiens lectiones vobis de veteri testamēto recitant: non hoc solū debetis attendere qđ auditis: qđq₃ sonat in verbo: sed etiā qđ intelligit ⁊ qđ sapit in spū. Ecce audiuimus φ btūs iacob genuit filium cuius nomē fuit ioseph. hoc loco iacob figurā habuit dei pr̄is ioseph typum gessit dñi saluatoris. Diligebat iacob filium suū: ⁊ deus pater vnicū suū sicut ipse dixit. Hic est filius meus dilectus ⁊c. Misit iacob filiū suū vt de fratribus sollicitudinē gereret: ⁊ deus pater misit vnigenitū: vt genus humanū peris languidū quasi oues pditas visitaret. Joseph dū fratres q̄reret errabat in heremo xp̄s gen⁹ humanū q̄rebat qđ errabat in mūdo. Ille fratres querebat in sichimis q̄ interpretat humeri: semp em̄ peccatores dorsum ponunt in faciem iusti: humeri em̄ retro sūt. Et sicut fratres ioseph fraterne dilectioni dorsum magis q̄ faciem offerebant: ita infelices iudei venienti ad eos salutis auctori: inuidere potius q̄ diligere maluerunt. Venit autem ad eos in dothaym que interpretat defectio: vere em̄ in grandi defectione erant quando de fratricidio cogitabāt. Illi eū videntes de eius mo: te tractauerūt: sic iudei dñm xp̄m vt cū cru=

ei fig.rent oẽs in cõsilio statuerũt. Illi eũ ex-
poliauerũt veste polimita ⁊ talari: iudei eũ
cifigentes xp̃m expoliauerunt eum tunica
mortali. Exutus ille tunica mittit in lacum:
expoliatus carne humana xp̃s descendit ad
infernũ. Eleuatus de cysterna hysmaelitis
venditur: xp̃us ab inferis rediens oĩbus gen-
tibus fidei cõmercio cõparatur. Per consiliũ
iude ioseph .xx. argenteis distrahitur: xp̃us
iuda tradente .xxx. argenteis venundatur.
Joseph descendit in egyptũ. xp̃s in mundũ
Ille a penuria frumenti saluat egyptũ: xp̃s
a fame verbi dei liberat mundum. Nisi fra-
tres sui illum vendidissent defecerat egypt⁹
nisi iudei xp̃um crucifixissent perierat mun-
dus. hec ille. Portat autem ioseph in mani-
bus septẽ spicas frumenti eo q interpreta-
tus est somniũ pharaonis: sup septem ãnis
fertilitatis. vt dicit. Geñ xli. de quo frumen
to dicit xp̃s. Joh. xij. Nisi granum frumenti
cadens in terram mortuũ fuerit ipsum solũ
manet: si autẽ mortuũ fuerit multũ fructum
affert. Super quo Aug. sermone .xi. de sctõ
laurentio dicit sic. Non indignus debet redẽ-
ptor noster videri: si assumpta humanitate
grano frumenti cõpararetur: qui etiã vilib⁹ ver
mibus assimilatur: sicut ipse per pphetã dicit.
Ego autẽ sum vermis ⁊ non homo. Et pul-
chre dñs grano tritici cõparatur qr sicut in oib⁹
ãnonis nihil frumẽto pulchrius: nihilq est
delectabilius: ita ipse oẽs creaturas excessit
qr nihil eo suauius: nihilq dulcius inuenitur.
Sed hinc certe grano frumẽti cõparatur: quia
alimento corporis ⁊ sanguinis sui fidelium
refecit aĩas: sicut ipse ait i euãgelio. Ego sũ
panis viuus ⁊c. hec ille. Sunt aũt septẽ spi-
ce: qr per sacramentũ corporis ⁊ sanguinis
dñi nostri iesu xp̃i conferuntur nobis septem
dona spũssancti. Cantat vero ioseph illud.
Esa. lxij. Ecce saluator tuus venit: ecce mer-
ces eius cũ eo: ⁊ opus eius coram illo. quasi
velit dicere. q passio xp̃i fuit satisfactoria p
peccatis totius mundi. sm q declarat sctũs
Tho. iij. parte. q. xlviij. arti. ij. in rñsione prin
cipali dicens sic. Ille pprie satisfacit p offen
sa: qui exhibet offenso id qd eque vel magis
diligit q oderit offensam: xp̃us autẽ ex cha
ritate ⁊ obedientia patiendo magis aliquid
deo exhibuit: q exigeret recompensatio to-
tius offense humani generis. Primo quidẽ
ppter magnitudinem charitatis ex qua pa-
tiebatur. Secũdo ppter dignitatẽ vite sue q
p satisfactiõe ponebat, q erat vita dei ⁊ hoĩs

Tertio ppter generalitatẽ passionis ⁊ ma-
gnitudinẽ doloris assumpti: ⁊ ideo passio
xp̃i non solũ sufficiẽs: sed etiã supabũdãs
satisfactio fuit p pctis humani generis. Iuxta
illud. i. Joh. ij. Ipse est ppiciatio p peccatis
nostris: non p nostris aũt tantũ: sed etiam
p totius mundi. hec ille. Cum isto ioseph ve-
dit iudas frater eius. de quo Aug. lib. xvi de
ciuitate dei. ca. xli. dicit sic. Cũ in egypto mo
riturus israel filios suos benediceret: queãd
modũ iudã pphetice benedixerit audiam⁹
Juda inquit te laudabũt fratres tui: man⁹
tue sup dorsum inimicoꝝ tuoꝝ: adorabunt
te filij patris tui. Catul⁹ leonis iuda: ex ger-
minatione fili mi ascendisti: recũbens dor-
misti vt leo ⁊ vt catul⁹ leonis. Quis suscita-
bit eũ? Non deficiet princeps ex iuda: ⁊ dux
de femorib⁹ ei⁹ donec veniãt q reposita sunt
ei: ⁊ ipse erit expectatio gentiũ. Alligans ad
vitẽ pullum suũ: ⁊ cilicio pullũ asine sue: la-
uabit in vino stolã suã: ⁊ in sanguine vue a-
mictum suũ. Fului oculi eius a vino: ⁊ den-
in ordine ad finez que est redemptio huma
ni generis. Sicut etiaz in aliquo puro homi
ne sensualitas eius et volūtas absolute con-
siderata refugit vstionem quam tamē volū
tas s̄m rōnem eligit ꝓpter finem sanitatis.
Volūtas autem dei erat vt christus dolores
et passiones et mortem pateret̄. non q̄ ista

essent volita a deo sm se: sed et ordine ad finem humane salutis. Unde patet q̄ xp̄s sm voluntatē que est p modum rōnis semp idem volebat qđ deus. cuz dicit. Non sicut ego volo sed sicut tu. sm autem voluntatem sensualitatis et sm voluntatē rōnis q̄ consideratur per modū nature aliud poterat velle q̄ deus: et sm h' factus est in agonia vt ostenderet q̄m in nobis per concupiscentiam carnis impedit aut retardat cōcupiscētia spūs sm illud Gal. v. Caro cōcupiscit aduersus spm dicēs. Adā exēplū meū ab adolescētia mea. ¶ Quinto iustitia dixit. Adā peccauit contra fortitudinē p intimiditatē. Tu deus ne voluntatez eius aliqđ [illegible] repelleret ab eo quod esset sm rectam rationem: pter aliquod difficile quod incumberet. dedisti ei fortitudinē mētis q̄. s. his difficilib? resistere possz. Unde Ambrosi? libro pmo de officijs dicit. Nō mediocris est animi fortitudo que sola defendit ornamenta vtutuz omniū et iudicia ostēdit: que inexpiabili prelio aduersus oīa vitia decertat: inuicta ad labores: fortis ad pericula: rigidior aduersus voluptates. Fortis viri est non dissimulare cum aliquid immineat sed pretēdere. et tāq̄ de specula quadam mētis obuiare. cogitatōe puida rebus futuris: hec ille. Ne forte dicat Ideo in ista incidi: quia nō arbitrabar posse euenire. Adam ergo debuit pmeditari velut fortis animo que poterant sibi imminere vt eis resistere posset. Quia eñ tu deus presciebas eum debere a serpēte tentari ne tēptationi succumberet dedisti ei fortitudinem q̄ resistere poterat. Unde Augustinus lib. xi. super Geñ. ad lrām dicit. Non mihi videtur magne laudis futurum fuisse hominē: si propterea posset bene viuere: q̄a nemo male viuere suadebat. cum etiā in natura et potestate haberet velle nō consentire suadenti. Tu insuper minatus ei fueras periculū mortis ex tali consensu. Ip̄e autem tanq̄ ip̄auidus et intimidus abiecta animi fortitudine te neglecto tētatori adhesit. Deus pater ait. Propter intimiditatem ade: quia non timuit periculum mortis, iubeo vt xp̄us presentiens forti meditatione pericula sibi imminentia sudet sanguinē. Sic eñ implebunt due figure. Prima figura est de libro testamēti asperso sanguie. Exo. xxiiij. Secūda figura est de amasa qui iacet in terra aspersus sanguine. ij. Regum. xx. Implebuntur etiaz visiones sanctorum pphetaruz. Prima est. iiij. Reg. tertio. Uiderūtq3 Moabite aquas rubras quasi sanguinez. Dixerūtq3: sanguis gladij est. Secūda est Esa. nono. Uestimentū tuū mixtum est sanguine. Tertia est Hieremie secundo. In alis tuis inuentus est sanguis. Quarta est Ezech. xvi. Uidi te conculcari sanguine tuo. et dixi tibi cum esses in sanguine tuo viue. Quibus auditis factus est sudor xp̄i sicut gutte sanguinis decurrētis in trām. Super quo dicit Augustinus. Angustias quidē corporis tui domine iesu indicabat sudor ille sanguineus qui in hora passionis de sanctissima carne tua decurrebat in terram. Crisostomus dicit. Ut non videret ypocrisi plixius orare: sudores insup fluūt sicut riuulus sanguinis. Sudor fluit ex vehementia anxietatis: sed gutte sanguinis nō naturaliter sed miraculose fluxerunt. Unde hoc fuit singulare in xp̄o, sanguinis in q̄z decurrētis in terram ad ostendēdum q̄ p terra. id ē ecclesia adhuc militāte in terra orabat et sanguinem suū fundebat et ip̄am suo irrigataz sanguine fecundabat. In sudore notat feruor: in sanguine p̄cium: in decursu abundantia: in guttis particularis efficacia: q̄uis eēt vniuersalis sufficiētia. Glosa dicit p terraz sanguine irrigatā: declarat q̄ effectum sue precis iam obtineret vt fidem. s. discipulorū quaz terrena adhuc arguebat fragilitas suo sanguine purgaret. et quicquid illa scandali in morte eius ptulisset: hoc totum ipse moriendo deleret. sed et totum mundum peccatis mortuum resuscitaret ad vitam. Propterea dicit xp̄o. Adam exemplū meum ab adolescentia mea. ¶ Sexto iustitia dixit. Adā peccauit per accidiam quo ad euagationez mentis circa illicita. Nā accidia est quoddā tedium operandi. vt pz p glosam sup illud ps. Omnē escam abominata est aīa eorū: cum sit torpor mentis bona negligentis inchoare. Procedit eñ accidia ex contemptu quo quis bona que possidet contēnit propt quod mens recedit a bono diuino cui oportet de necessitate inherere. Unde quia bona que habet quasi mala vel vilia reputat. ideo tristatur. Etiam et tristitia a spiritualibus transfert se ad delectabilia exteriora per euagationez mentis circa illicita. Equissimē domine cum tot ac tantis donis hunc Adam dotaueris: te contempto ac bonis tuis a te recessit transferens se ad vetita sibi et phibita: dona tua vilia reputādo. De quo dicit in ps. Homo cum in honore esset nō intellexit

comparatus est iumentis insipientibus et si milis factus est illis. Deus pater ait. Propter tedium quod habuit adam in bonis nostris spiritualibus iubeo vt xpus ex timore mortis habeat tedium propter quod indigeat confortari per angelum. Sic enim implebuntur due figure. Prima figura est de gedeone qui post timorem prelij cum inimicis confortatus fuit ab angelo. Judic. vi. Secunda figura est de daniele qui dicit. Vidi ego daniel solus visionem porro viri qui erant mecum non viderunt. Ego autem relictus solus vidi visionem hanc grandem et non remansit in me fortitudo: sed et species mea commutata est in me: nec habui in me quicquam virium: sed iacebam consternatus super faciem meam: vultusque meus herebat terre: et tetigit me quasi visio hominis. et confortauit me et dixit. Noli timere. pax tibi. esto robustus. cumque loqueretur me cum conualui: quia confortauit me. Dan. x. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est Neemie quarto. Noli timere faciem eorum domini magni et terribilis memento: et pugna pro fratribus tuis: et confortate sunt manus mee in bono. Secunda est Esa. xlij. Dominus sicut fortis egredietur sicut vir preliator suscitabit zelum. Vociferabitur et clamabit et super inimicos suos confortabitur. Tertia est Ezech. tertio. Spiritus quoque leuauit me et assumpsit me et abij amarus in indignatione spiritus mei: manus enim domini erat mecum confortans me. Quarta est Naum secundo. Contemplare viam. conforta lumbos tuos: robora virtutem valde. Quibus auditis iesus cepit tedere. Apparuit autem illi angelus de celo confortans eum. Luce. xxij. Angelus gabriel presentauit xpo ex vna parte omnia peccata hominum: et ex alia parte meritum passionis sue: et dixit ei. Domine iesu christe fili dei. aut accipe passionem et sustine. et omnes saluabuntur: aut dimitte mortem et omnes damnabuntur. Constans esto domine mi: saluare venisti genus humanum per hanc mortem que cito transibit. cur trepidas in bello qui virtute potentie omnibus principaris? Succurre mundo perdito: clamant ad te voces humani generis. Non decet te recusare conflictum qui causam prelij assumpsisti. sicut dignatus es pro omnibus nasci. sic debes pro omnibus mori. Tuum non est fugere cuius est alios animare. recordare promissionis tue: qua patri te venturum obtulisti ad hominem liberandum et a manu dyaboli redimendum. Si ergo sic fugis et timeas mortem crucis: nihil restat nisi vt afflictis maiorem inducas afflictionem. Unde Johannes baptista qui capite minutus est: te mundi redemptorem ostendit et iam limbo aduentus tui primitiam nunciauit. Quid faciet ergo testimonium veritatis si veritas negat? Sume ergo vexillum crucis et victoriam mundi deuicto dyabolo cum gloria consequeris. Cui christus ait. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras: quia adam exemplum meum ab adolescentia mea. Septimo iustitia ait. Adam peccauit per discordiam et odium dei et primumque quia scienter et ex intentione dissensit a te qui es summum bonum. Voluntas autem hominis inherens immobiliter summo bono est quedam regula recta a qua pessimum est discordare. Sunt etiam quidam effectus dei qui repugnant inordinate voluntati: sicut inflictio pene et cohibitio peccatorum per legem diuinam que repugnat voluntati deprauate per peccatum Et sic deus odio habetur inquantum apprehendit vt peccatorum prohibitor et penarum inflictor. sed adam deuiauit a lege tua per quam prohibuisti sibi peccatum transgressionis. et autem odiuit per cominationem pene qua ipsum exterruisti. Etiam concepit odium contra euam que sibi obtulit de ligno vetito estimans quod ipsum decep erit aut violentiam intulerit. quorum neutrum fecit. In signum odij eam asperrime apud tuam maiestatem accusauit. Dixit deus pater. Pro eo quod adam peccauit per discordiam et odium contra me: derelinquendo charitatem et legem meam: iubeo quod xpus tradatur a iuda discipulo suo per odium conceptum contra ipsum: et hoc fiat per signum amicitie. scilicet per osculum. Sic enim implebuntur due figure. Prima est de Joab qui simulans pacem cum Abner quem odiebat percussit illum in ebron in inguine. ij. Reg. iij. Secunda est de Joab qui manu dextera tenuit mentum amase quasi osculans eum: quem Joab percussit in latere et effudit intestina eius vt habetur ij. Regum. xx. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est. ij. Reg. xv. Cum accederet ad eum homo vt salutaret illum extendebat manum suam et apprehendens osculabatur eum. Secunda est secundi Regum xix. Cumque transisset vniuersus populus et rex iordanem osculatus est rex berzellay et benedixit ei. Tertia est Hiere. xv. Ve mihi mater mea quare genuisti me virum

tate: virum discordie in universa terra? Omnes maledicunt mihi dicit dominus. Quarta est Ezech. xvi. Ecce ego extendam manum meam super te: & dabo te in manus odientium. Quibus auditis. Ecce unus de duodecim venit: & cum eo turba multa cum gladiis et fustibus missi a principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autem tradidit eum dedit ei signum dicens. Quemcunque osculatus fuero: ipse est: tenete eum. Dixitque illi iesus. Amice ad quid venisti? Potest enim legi interrogative: & tunc est sensus. Sic rependis mihi pro tot ac tantis beneficiis que tibi contuli. Hieremie. xviii. Nunquid redditur pro bono malum? Feci te discipulum meum: dispensatorem meum: gratiam miraculorum cum ceteris condiscipulis meis tradidi tibi: feci te amicum meum. Johannis. xv. Vos autem dixi amicos: quia omnia que audivi a patre meo nota feci vobis. Potest etiam legi indicative: et tunc est sensus: quia hec est hora et tempus quo tradar in manus peccatorum: propterea fac illud ad quod faciendum venisti quemadmodum in cena dixit, quod facis fac citius. Johannis. xiii. Sepius voluerunt iudei christum capere: & tunc aut timuerunt plebem credentem in eum: aut non potuerunt: quia Jesus transiens per medium illorum ibat. Luce quarto. Nunc autem dicit tempus sue passionis advenisse: quia adam exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Octavo iniustitia ait. Adam peccavit per astutiam ad quam pertinet sumere vias non veras sed simulatas et apparentes ad aliquem finem prosequendum vel bonum vel malum. Quicunque autem cogitat aliquod malum facere necesse est quod excogitet aliquas vias ad hoc quod suum propositum impleat. Etiam plerunque cogitat vias dolosas quibus facilius suum propositum consequatur. Propterea dicit Paulus secunde Corinth. quarto. Abdicamus occulta dedecoris non ambulantes in astutia. adam vero excogitavit falsam viam perveniendi ad similitudinem tue divinitatis per gustum ligni vetiti quo degustato ab illo loco aufugit cogitans ne videres eum: aut invenires & sic aufugeret penam pro transgressione. Deus pater dixit. Pro eo quod Adam mala usus est astutia in rapiendo equalitatem mee divinitatis et fugiendo terrorem mee iustitie & equitatis. iubeo ut christus gustato pro sua passione ad ortum transeat ubi ab inimicis suis inveniatur: & ne fugiat manus ipsorum obviet iude & cohorti sue. capiendus et vinciendus ab eis. Sic enim implebuntur due figure. Prima figura est de Saul qui certus mortis sue occurrit Philisteis. primi Reg. xxxi. Secunda figura est de iuda machabeo qui cum gentes parate essent venire ad ipsum in prelium: venit obviam illis. primi machabeorum quarto. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est primi Regum quarto. Egressus est israel obviam philisteis in prelio. Secunda est primi Regum nono. Apparuit Samuel egrediens obviam eis. Tertia est primi Paralip. xiiii. capitulo. David egressus est obviam eis scilicet philisteis. Quarta est secundi Paralippomenon. xxv. capitulo. Ea tempestate erat in Hierusalem propheta domini qui egressus est obviam exercitui venientium. Quibus auditis iesus venit ad discipulos suos & invenit eos dormientes. & dicit Petro sic. Non potuisti una hora vigilare mecum. Vigilate et orate ut non intretis in temptationem. Spiritus quidem promptus est caro autem infirma. Tunc venit ad discipulos suos & ait illis. Dormite iam et requiescite. ecce appropinquabit hora: et filius hominis tradetur in manus peccatorum. surgite eamus. Ecce appropinquabit qui me tradet: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Nono iniustitia dixit. Adam peccavit per ingratitudinem beneficiorum dei. Nam recompensatio gratie respicit beneficium secundum voluntatem benefacientis in qua quidem hoc commendabile videtur: quia gratis beneficium contulit ad quod non tenebatur. Et ideo qui beneficium accipit ad hoc obligatur et debito honestatis: ut similiter gratis aliquid impendat: quod non videtur facere nisi excedat quantitatem accepti beneficii. Ideo philosophus quinto Ethicorum dicit. Refamulari oportet ei qui gratiam fecit & rursus ipsum incipere sed Adam in sui creatione: tot ac tantis dotatus est beneficiis ex quibus nihil recompensavit nec gratias egit immo contra te benefactorem suum insurrexit. Propterea merito beneficia sunt ab eo subtrahenda. Deus pater ait.

Propter ingratitudinem qua Adam rupit vinculum iustitie originalis: per quod gratias mihi agere debebat pro beneficiis compluribus a me liberaliter perceptis. Iubeo

et xp̄us ab inimicis & emulis suis compre-hendatur & ligetur. Sic em̄ implebunt due figure. Prima figura est de archa dn̄i que ca-pta fuit a philisteis inimic populi dei. i. Re-gum. iiij. Secunda figura est de Sansone q̄ voluntarie fuit ligatus a philisteis inimicis Iudic. xv. Implebunt etiaz visiones sancto-rum p̄phetarum. Prima est Iudic. xv. Li-gauerūt eū duob⁹ nouis funib⁹. Secūda est ps. Persequat inimicus aīam meā & com-prehendat & cōculcet in terra vitam meā: & gloriā meā in puluerem deducat. Tercia est Iob. xxix. Vincula eius quis soluit. Quar-ta est. Ezech. iij. Et tu fili hoīs ecce data sūt super te vincula & ligabūt te in eis: & nō egre-dieris in medio eorum. Quibus auditis co-hors & tribunus & ministri iudeor cōprehē-derunt iesum & ligauerunt eum: & tenuerunt. In illa hora dixit iesus turbis. Tanq̄ ad la-tronē existis cū gladijs & fustibus cōprehen-dere me. Quotidie apud vos sedebā in tem-plo docens: & non me tenuistis. Hoc autez totū factū est vt implerent scripture p̄phe-tarū: sed nunc est hora vestra & potestas te-nebrarū. qm̄ adam exemplū meū ab adole-scentia mea. ¶ Decimo iusticia dixit. A-dam peccauit per contēptū mandatoz dei. Tu deus oīpotens ad custodiā ade & filioz eius deputasti in paradiso cōsortia sanctoz angeloz q̄bus inspirantibus tua mandata seruaret. Unde Greg. iiij. lib. dyalog. dicit. In paradiso quoq̄ assueuerat homo verbo dei perfrui bonoz angeloz inspirationibus cordis mundicia & celsitudine visionis inter-esse. Etiā psal. dicit. Angelis suis deus man-dauit de te vt custodiāt te in oībus vijs tuis. Duo em̄ mandata huic hoī dedisti. vnū affir-matiuū: scz de oī ligno quod est in paradiso dei comede: & hoc obligabat semp: sed non p semper. Solū aūt p loco & tēpore sm q̄ ministerio angeloz ei reuelasset. Aliud ne-gatiuū: scz de ligno sciencie boni & mali ne cō-edas & hoc obligabat semp & p semp. Adā autem contēpsit consortia angeloz & adhe-sit consortio serpētis & eue. vnde spreuit mā-data que sibi dederas sub cōminatione mor-tis. Deus pater ait pro eo q̄ adam spretis angelis ministris meis acceptauit suasionē angeli apostatici ore serpentino per mulie-rem transmissam: iubeo vt christus in maio-ri pressura derelinquatur ab amicis & disci-pulis suis que ab ipso apostatent & eū ne-gent. Sic em̄ implebuntur due figure. Pri-ma figura est de Sansone cuius caput radi-tur. in q̄ precipua eius fortitudo cōcludebat Iudic. xvi. Secunda figura est de Sedechia rege comprehenso & ligato a caldeis a quo omēs qui erant cum eo fugerunt: & adu͂aria loca sunt dispersi. iiij. Regum. xxv. Imple-buntur etiam visiones sanctoz p̄phetarū. Prima est Iudic. xx. Filij beniamin cum se inferiores esse vidissent ceperunt fugere cō-cernentes filij israel dederunt eis ad fugien-dum locum. Secunda est. iiij. Regum xxv. Persecutus est exercitus caldeoruz regem comprehenditq̄ euz & omēs bellatores qui erant cum eo dispersi sunt & reliquerunt eū. Tercia est psal. Amici mei & p̄ximi mei ad-uersum me appropinquauerunt & steterūt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animā meam. Quarta est. Iob. xi. Ecce non est auxilium mihi in me: & necessarij quoq̄ mei recesse-runt a me. Fratres mei preterierūt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Quibus auditis: tūc discipuli eius relinquē-tes eum fugerunt omēs. Quonia adam ex-emplum meū ab adolescentia mea. Unde-cimo iusticia dixit. Adam peccauit per inui-diam. Bonum em̄ alterius estimat vt ma-lum p̄priū inq̄ztum est diminutiuū p̄prie glorie vel excellentie. & sic de bonis alterius ɔtristat inuidia. Unde precipue de illis bo-nis contristant inuidia hoīes in quib⁹ est gloria. & sic in quibus homīes amant hono-rari. & in opinione esse. vt dicit phus secūdo rethorice. Et ad hanc inuidiam procurandā in hoīe demon valde satagit. Unde Greg. lib. v. moral. dicit. Quāuis per omne vicius quod perpetratur humano cordi antiquus hostis virus infundat: in hac tamen nequi-cia inuidie tota sua viscera serpens ille con-cutit ad imprimendū malicie pestē. Sed hic adaz motus stimulis inuidie non potuit pa-ti q̄ tu deus plus eo scires: cum tantā scien-tiam ei contulisses qua merito te venerari & colere debebat. Deus pat ait. p̄pter inuidiā qua noluit adam intelligere vt bene ageret sed iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omī vie non bone: maliciam autez nō odiuit: sed abiecit & odiuit disciplinam pre-ceptoz meoz: & proiecit sermones meos re-trorsum: iubeo vt christus non effugiet ma-nus persequenciū: sz. licet eius verbo cadāt retrorsuz in terrā. Sic em̄ implebunt due fi-gure. Prima figura est de sansone qui inexo-

ta mandibula a fini interfecit in ea mille viros. Judic. xv. Secunda figura est de dauid qui vno impetu percussit octingentos viros ii. Reg. xxiii. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est. psalmi. Confundantur et reuereantur simul qui querunt animam meam vt auferant eam. Conuertantur retrorsum et erubescant: qui volunt mihi mala. Secunda est. Esa. xliiii. Omnes stabunt et confundentur simul et pauebunt. Ego sum dominus conuertens sapientes retrorsum et scientiam eorum stultam faciens. Tertia visio est. Hieremi. vii. Audite vocem meam: quia ego deus factique sunt retrorsum et non in ante. Quarta est Trenorum. i. Ipsa autem gemens et conuersa retrorsum. Quibus auditis iesus sciens omnia que ventura erant super eum: processit et dixit eis. Quem queritis? Responderunt ei. Jesum nazarenum. Dixit eis iesus. Ego sum. Illi autem abierunt retrorsum: et ceciderunt in terram. Symon ergo petrus habens gladium eduxit eum et percussit seruum pontificis: et abscidit auriculam eius dexteram: quem tamen christus sanauit: et dixit petro. Calicem quem dedit mihi pater non bibam illum? Adam enim exemplum meum ab adolescentia mea. ¶ Duodecimo iusticia dixit. Adam peccauit per negationem prouidentie dei. Quia enim tu deus oculis corporis videri non potes. secundum illud. Exodi. xxxiii. Non videbit me homo et viuet. Et. i. Joh. iiii. ca. Deum nemo vidit vnquam. Estimauit adam quod sicut non vidit te rapiens lignum vetitum: sic tu non videres ipsum dicens illud Job. xxii. Nubes latibulum eius circa cardines celi perambulat nec nostra considerat. Unde ne ipsum aliquando inuenires: inter condensa nemorum latitabat. Unde si existimasset te gubernare omnia summa prouidentia: non tam facile consensisset eue vxori sue mortifera sibi suadenti: quinimmo saltem eam correxisset et ei plurimum restitisset. Deus pater ait. propter transgressionem ade qua prouidentiam meam negauit nec se nec vxorem suam prophana verba dicentem corripuit: iubeo vt christus latere nequeat: sed ante conspectum iudicis adducatur vbi sanctissima verba proferens colaphis percutiatur. Sic enim implebuntur due figure. Prima est de Michea propheta quem sedechias percussit in maxilla. iii. Regum. xxii. Secunda est de Dauid quem Saul tenens lanceam in manu confodere cupiebat i. Reg. xx. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima visio est Job. xvi. Collegit furorem suum in me: et comminans mihi infremuit contra me dentibus suis. hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. aperuerunt super me ora sua exprobrantes percusserunt maxillam meam: satiati sunt penis meis. Secunda visio est. Trenorum. iii. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur obprobriis. Tertia visio est Michee. v. Percutient maxillam iudicis israel. Quarta visio est Abacuch. i. Domine in iudicium posuisti eum: et fortem vt corriperes fundasti eum. Quibus auditis adductus est iesus ligatus ad Annam primum. Pontifex ergo interrogauit iesum de discipulis suis et de doctrina eius: cui cum vere et humiliter respondisset malcus cuius in orto sanauerat auriculam dedit alapam iesu dicens. Sic respondes pontifici? Et iesus ait. Si male locutus sum testimonium perhibe de malo: si autem bene cur me cedis? Et hoc euenit: quoniam adam exemplum meum etc. ¶ Tridecimo iusticia dixit. Adam peccauit per peruersitatem lingue accusando proximum. Sicut enim ex fructu cognoscitur arbor: quia arbor bona fructus bonos facit. Math. xii. c. Sic ex loquela cognoscitur homo. Nam et loquela tua manifestum te facit. Math. xxvi. Tu domine cum examinares adam: quamobrem comederat de ligno vetito nosti quod improbe et quod impudenter tibi respondit. et quomodo sub lingua portauit venenum dicens. Mulier quam dedisti mihi sociam dedit mihi et comedi. Credidit namque fatuus multum tibi complacere: si etiam sociam ostenderet deliquisse. An forte expectabat pro huiuscemodi nouo vadium sibi rependi? sed displicuit imprudens vnde placere studuit quod apparuit cum ipsum reprehenderes. Unde ab eo quod ipse incepit depromere tu incepisti eum arguere. ipse namque incepit sic. Mulier quam dedisti mihi sociam etc. Tu vero econtra dixisti: quia audiuisti vocem vxoris tue et comedisti de ligno: ex quo preceperam tibi ne comederes. maledicta terra in opere tuo. Deus pater ait pro eo quod adam peruerse locutus est contra me quasi ego fuerim causa sui delicti propter euam quam in eius adiutorium creaui quam etiam peruerse accusauit iubeo vt christus false accusetur: et falsi testes contra eum insurgant. Sic enim implebuntur due figure. Prima est de Naboth contra quem viri dyabolici dixerunt falsum testimonium coram maioribus natu et tota multitudine. iii. Reg. xxi. Secunda figura

est de Susanna cõtra quã duo falsi testes insurrexerunt corã tota multitudine ciuitatis. Daniel.xiij. Implebunt etiã visiones sanctorum prophetarum. Prima est psal. Surgentes testes iniqui que ignorabã interrogabãt me. Secunda est Job.xvi. Testimoniũ dicunt cõtra me: τ suscitatur falsiloquus aduersus faciẽ meã contradicẽs mihi. Tertia est. iij. Reg.xxi. Submittite duos viros filios belial cõtra eum: τ falsum testimoniũ dicant Quarta est. Daniel.xiij. Tu scis dñe q: falsum cõtra me tulerunt testimoniũ. Quibus auditis iesus ductus est ad cayphã principem sacerdotũ vbi scribe τ seniores cõuenerant q̃ querebant falsum testimoniũ cõtra iesum vt eũ morti traderent: τ non inuenerunt cũ multi falsi testes accessissent nouissime autẽ venerũt duo falsi testes τ dixerunt. Hic dixit. Possum destruere templum dei τ post triduũ reedificare illud. hoc vero fuit cõueniens: qm̃ adam exẽplum meũ τc. R

¶ Decimoquarto iusticia dixit. Adam peccauit per audaciã non timẽs penã. Audacia enĩ est motus appetitus sensitiui q̃ sequitur apprehensionẽ virtutis sensitiue. virtus autẽ sensitiua non est collatiua nec inq̃sitiua singulorum q̃ circunstant rẽ: sed subitũ habet iudiciũ. vñ sm̃ subitã apprehensionẽ nõ possunt cognosci oĩa q̃ difficultatẽ ĩ aliquo negocio afferũt ideo surgit audacie motus ad aggrediendũ pericula. vñ phs secũdo rhetorice dicit q inexperti piculorum sunt audaces. tũ ppter inexperientiã: tum q: debilitatẽ suã non cognoscunt: neq; presentiã piculorum. Et.iij. ethicorum dicit. q audaces preuolantes sunt ante pericula: in ipsis autem discedunt. Qñ autẽ talis motus est contra ordinẽ legis diuine τ rõnis est peccm̃ mortale: ideo dicitur. Eccl.viij. Cum audace nõ eas in via ne forte grauet mala sua in te. ipse enĩ sm̃ voluntatẽ suã vadit: τ simul cũ stulticia illius peribis. Adam aũt magna audacia tulit de ligno vetito: non timẽs penã sibi debitã p delicto/magna audacia se deliq̃sse negauit cũ tibi peccm̃ suũ imputauit. Deus pater ait p eo q adã audita voce vxoris sue [redacted] negauit [redacted] iubeo vt xp̃s a discipulo suo charissimo neget ad vocẽ galli. Sic enĩ iplebunt due figure. Prima figura est de moyse τ aaron q̃ non crediderũt deo vt sanctificarẽt ipsum corã filijs isrl ad aquas cõtradictiõis Nume.xx. Secũda est de chusi q̃ cũ esset amicus τ cõsiliarius dauid: fuit in cõspectu absalon negauit eũ.ij. Reg.xvi. Implebunt etiã visiões sctõrum pphetarũ. Prima est Job.viij. Si absorbuerit eum de loco suo negabit eum τ dicet: non noui te. Et.xxxviij.ca. Quis dedit gallo intelligẽtiã. Secũda est Prouerb. xxx. Satiatus illiciar ad negandũ: τ dicã q̃s est dñs τ cõpulsus piurem nomen dei mei. Gallus succinctus lũbos bene graditur. Tertia est. Esa.xxij. Ecce dñs asportari te faciet sicut asportatur gall' coronãs coronabit te tribulatione. Quarta est Trenorum.i. Abstulit dñs omẽs magnificos meos de medio mei. vocauit aduersum me tp̃s vt cõtereret electos meos facti sunt filij mei perditi qm̃ inualuit inimicus. Quib' auditis Petrus sequebatur iesum a longe vsq; in atriũ caypbe vbi sedebat cũ ministris ad ignẽ τ calefaciebat se. τ accessit ad eũ vna ancilla dicẽs. Et tu cũ iesu galileo eras. At ille negauit corã oĩbus dicens. Nescio q̃d dicis. Exeunte aũt illo ianuam τc. vsq; egressus foras fleuit amare. Math.xxvi. τ hoc rõnabiliter occurrit: qm̃ adam exẽplũ meũ τc.

¶ Decimoqnto iusticia dixit. Adam peccauit p excusationẽ. namvt habetur de pnĩa di.i. §. ex hijs. Petõ trãsgressionis pmi parẽtes correpti a dño sunt req̃siti de cõpare peccm̃ qd trãsgrediẽdo cõmiserãt pfitendo delerẽt. hec ibi. Cũ aũt tu de' eq̃ssime exaiasti adã: se a petõ excusauit: q̃si se errasse nõ estimãs: q: vxori suadẽti cõsenserat. vñ magis peccauit sm̃ illud ps. Ad excusandas excusatiões in petis: cũ hoib' opantib' iniq̃tatẽ nõ cõicabo cũ electis eorum. Deus pat ait p eo q adã cũ examinaretur: suã noluerit cõfiteri verissimã culpã: cui multũ de penis indultũ fuisset: iubeo vt xp̃s cũ examinabitur experiatur in se penas cunctarũ culparũ quas nũq̃ cõmisit. Sic enĩ implebunt due figure. Prima est de philisteo q̃ ausus est maledicere pplo dei τ cõgredi cũ dauid.i.Reg.xvij. Secunda est de semei q̃ maledicebat dauid mittẽs lapides cõtra eũ.ij. Reg.xvi. Implebũt etiã visiones sctõrum pphetarũ. Pria ẽ.i. Reg. xxxi. Venient incircũcisi isti τ interficiẽt me illudentes mihi. Secũda est ps. Draco iste quẽ formasti ad illudendũ ei. Tertia ẽ Job. xl. Illudes ei q̃si aui. Quarta est Abdie.i.c. Oẽs viri federis tui illuserũt tibi: inualuerũt aduersum te viri pacis tue: q̃ comedũt tecũ ponẽt insidias subter te. Quibus auditis iesus in domo caypbe cũ nihil rñderet adiuratus si esset xp̃s filius dei. Rñdit. Tu dixisti. Verũtamen dico vobis: amodo videbitis fi

lium hois ꝛc. vſqȝ qs eſt qui te ꝑcuſſit. Mathei. xxvi. hoc autē euenit. qm̄ adam exēpluȝ meū ꝛc. ¶ Decimoſexto iuſticia dixit. Adam peccauit ꝑ irani. nā ira eſt paſſio appetitus ſenſitiui: q̄ ſi ordineȝ rōnis excludat eſt mala ꝛ pctm̄. vn̄ ſi qs appetat ꝙ fiat vindicta qualitercunqȝ ꝯ ordinē rōnis: puta ſi appetat puniri eū q̄ non meruit: vel vltra ꝙ meruit: vel non ſm legitimū ordinē: vel non ꝓpter debitum finē: q̄ eſt cōſeruatio iuſticie ꝛ correptio culpe erit appetitus ire viciosus. Ideo dr̄. Eph. iiij. Oīs indignatio ꝛ ira tollaſ a vobis. Adam aūt poſt ſui tranſgreſſionē exarſit grandi ira ꝛ viciosa cōtra euā vxorem ſuā cupiēs eā a te indemēter puniri. cuȝ dixit. Mulier quā dediſti mihi ſociam dedit mihi ꝛ comedi. vn̄ grauiſſime a te puniri debet. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adam cōtra ordineȝ rōnis voluit puniri euā ꝛ non ſecum agentes ꝛ conſentiētes par pena ꝯſtringat: vt notaſ extra de regulis iuris. lib. vi. iubeo vt xp̄s in fundo carceris vſqȝ mane reſeruetur. infixus in limo ꝓfundi. Sic eñ iplebūſ due figure. Prima eſt de michea quē rex iſrl̄ iuſſit mitti in carcerē. ij. Paral. xviij. Scd̄a ē de Hieremia quē irati principes ceſum miſerunt in carcerē. Hiere. xxxviij. Implebuntur etiā viſiones ſcōꝝ ꝓphetaruȝ. Prima eſt. iij. Reg. xxij. Mittite virū iſtū i carcerē. ꝛ ſuſtētate eum pane tribulationis ꝛ aqua anguſtie. Secūda ē Iob. vij. Expectabo ad veſperā ꝛ replebor doloribꝰ vſqȝ ad tenebras: q: circūdediſti me carcere. Tercia eſt Eſa. xlij. Iu domo carceris abſcondimus eſt ... ipſe cui peccauerūt ꝛ noluerūt in vijs eius ambulare: ꝛ non audierūt legē eiꝰ. Quarta eſt. Ezech. xix. Adduxerūt eū ad regē miſerūtqȝ eū in carcere: ne audiret vox eiꝰ [illegible] Quibus auditis ieſus ductus eſt ad tēplum dn̄i in quo ꝯ pōtifices ꝛ phariſeos ꝓdicenti erat: ligatuſqȝ ad colūnā diutiſſime ceſus ē: tādē in domo cayphe ducꝰ in ꝓfundū carceris demerſus ē vſqȝ mane. Sic eñ oportuit fieri quoniam adam exemplum meuȝ ab adoleſcētia mea. ¶ Decimoſeptio iuſticia dixit. Adam peccauit ꝑ malū cōſiliū ꝯ donū ſpūſſcti. Nam ꝯſiliū qd̄ eſt donū ſpūſſcti eſt circa ea q̄ ſunt ad finē: q: ... multa ſinglaria ꝛ ꝯtingētia occurrere pn̄t i hijs q̄ ſt ad finē q̄ hūana rō ꝯphēdere nō pōt. cū cogitatiōes mortaliū ſint timide ꝛ incerte ꝓuidentie nr̄e. vt dr̄. Sapie. ix. Propterea indiget hō in inq̄ſitione ꝯſiliū dirigi a deo q̄ oīa cōphendit: qd̄ quidē fit per donuȝ conſilij ꝑ qd̄ hō dirigiſ q̄ſi cōſilio a deo accepto. Sicut etiā in rebꝰ hūanis q̄ ſibiipſis nō ſufficiūt in inq̄ſitiōe ꝯſilij a ſapiētibꝰ ꝯſilia reqrūt. per hꝰ eñ filij dei inſtruūſ de agēdis ſm illō apl̄i. Ro. viij. Quicunqȝ ſpū dei .i. conſilio dei aguntſ: hij filij dei ſunt. Sed adam a te equiſſime deus ſpiritu ſancto ſuggerente habuerat conſiliū: vt ſi in ſtatu innocentie volebat perſiſtere ab eſu ligni ſcientie boni ꝛ mali oīno abſtineret. hoc autem cōſilium dereliq̄t cōſentiendo cōſilio ſerpentis antiq̄ ꝛ eue: vt ederet de ligno veti to: ſed volebat eſſe ſicut deus ſciens bonum ꝛ maluȝ. Deus pater ait ꝓ eo ꝙ adam omē cōſilium meū deſpexit: ꝛ increpationes meas neglexit. vnde orta eſt magna ſeditio inter ſerpentem ꝛ euam ꝛ ipſum adam: queadmodum patuit in maledictione prima quaȝ dedi ſerpenti dicens. Super pectus tuū gradieris: ipſa conteret caput tuum ꝛ tu inſidiaberis calcaneo illius: iubeo vt chriſtus per conſilium ſacerdotum ꝛ phariſeoruȝ preſentetur pylato crucifigendus. Sic eñ implebunſ due figure. Prima eſt de ioſeph queȝ fratres ſui conſilio inito perdere ꝛ occidere voluerūt. Geñ. xxxvij. Secūda figura eſt de moyſe contra quē ppl̄us ſurrexit in ſeditionem vt eum occiderent. Exodi. xviij. Implebunſ etiam viſiones ſanctoꝝ ꝓphetarum. Prima eſt Geneſ. xlix. Symeon ꝛ leui fratres vaſa iniquitatis bellantia. in conſilium eorum non veniat anima mea: q: in ira ſua ſuffoderunt murum: ꝛ in furore ſuo occiderunt virum. Secunda eſt. pſal. Fremuerūt gentes ꝛ populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt reges terre ꝛ principes cōuenerūt in vnuȝ aduerſus dn̄m ꝛ aduerſus xp̄m eius. Tertia eſt. Sapien. ij. Dixerunt impij apud ſe non recte cogitantes. Circumueniamus iuſtum qm̄ inutilis eſt nobis ꝯtrarius eſt operibus noſtris improperat nobis pctā legis: ꝛ diffamat in nos pctā diſcipline nr̄e. Promittit ſe ſcientiā dei habere: filiū dei ſe noīat factus eſt nobis in traductionē cogitationū noſtrarū. grauis eſt etiā nobis ad videndū: qm̄ diſſimilis eſt alijs vita illius: ꝛ immutate ſunt vie eius. Tanq̄ nugaces eſtimati ſumus ab illo: ꝛ abſtinet ſe a vijs noſtris tanq̄ immundicijs. ꝛ prefert nouiſſima iuſtorum: ꝛ gloriatur patrem deum ſe habere. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint ꝛ tentemus que ventura ſunt illi. ꝛ ſciemus que erunt nouiſſima illius. Si enim eſt

verus filius dei suscipiet illu3 et liberabit eū de manibus contrariorum. Contumelijs et tormento interrogemus eum: vt sciamus reuerentiam ipsius et pbemus patientiam illius: Morte turpissima condēnemus illum. Erit em̄ ei respectus ex fmonibus illius. Hec cogitauerūt et errauerūt: excecauit ei illos malicia eorum et nescierūt sacramēta dei. Quarta est Hiere. xi. Sup me cogitauerūt cōsilia dicētes. Mittamus lignum in panem eius et eradamus eum de terra viuētiu3 et nomē eius nō memoref amplius. Quib9 auditis. Mane facto ɔsiliū inierūt omnes pncipes sacerdotum et seniores populi aduersus iesū vt eum morti traderēt. Et vinctū adduxerūt eum et tradiderūt pontio pylato pſidi. recte quidē fic actum est. qm̄ Adam exemplū meum rc. ¶ Decimooctauo iustitia dixit. Adam peccauit per temeritatē contra donū timoris. Illa em̄ dicunf fieri temere q̄ rōne nō regunf: siue ex impetu volūtatis vel passionis siue ex ɔtemptu regule dirigētis. et h̄ ppe importat temeritas. vnde et radice supbie puenit que refugit subesse regule diuine aut etiā aliene. Deus em̄ debet timeri ab homine inq̄tu3 ab ipo pōt puenire homini aliquod malū pene quod iuste sibi infligif primordialr ex merito peti s3 illud Sapi pmo: Deus morte3 nō fecit: sed impij manibus et xbis accersierūt illam: et estimātes illā amicā defluxerunt. Adam aūt temere lignū vetitum inuasit considerās q̄ quia tu deus tāta felicitate ipm dotaueris nō expediebat sibi te timere/ q̄n potius quodlibet libitu3 agere: cum tamen dicaf Hiere. x. Quis nō timebit te o rex gentiū: Et Malachie pmo. Si ego dominus vbi est timor meus: Deus pater ait. Pro eo q̄ Adam nō timuit me dominū suum et regem iubeo vt xps per populū suu3 accusef in multis et pcipue de dñatu reg. o: Sic em̄ implebunf due figure. Prima est de Miphiboseth que3 suus suus acriter accusauit apud dauid regem. ij. Regū. xix. Scd̄a figura est de iuda Machabeo. quē alchim9 et viri impij et iniq̄ ex israel accusauerūt multis criminibus apud regem Demetriū. pmi Macha. vij. Implebunf etiā visiones scōrū pphetaru3. Prima est Eccli. xxxix. Sapiēs in xsutias parabolarum introibit in medio magnatorum ministrabit. et in ɔspectu presidis apparebit. Secūda est Sapie. x. Stetit contra reges horrendos in portētis et signis Tertia est Hester. v. Stetit aū regē. Quarta est Hiere. xxvi. Locuti sunt sacerdotes ad pncipes et ad omnem populu3 dicētes. Iudiciu3 mortis est viro huic: quia pphetauit aduersus ciuitatem istam. Quibus auditis iesus stetit ante pſidem: et cum accusaretur a pncipibus sacerdotu3 nihil respondit rc. qm̄ Adam exemplum meū rc. ¶ Decimonono iustitia dixit. Adam peccauit p desperatiōe3 circa te deu3. Vera est ūnatio intellectus est q̄ ex teipo puenit homini salus et venia peccatoribus datur fm illud Ezechie. xviij. Nolo mortem peccatoris sed vt magis conuertatur et viuat. Falsa autem opinio est q̄ peccatori penitēti veniā deneges: vel q̄ peccatores ad te non conuertas per grām iustificātem. ideo desperatio est peccatu3. De q̄busdā em̄ dicit apostolus Ephesios. iiij. Qui desperantes semetipos tradiderunt impudicitie in operationem omnis immundicie et auaritie. Adam autem post q̄ comedit de ligno vetito non recognouit delictum suum vt p illo pniam ageret et ad tuam misericordiam rediret. sed desperans a te fugit quem ad te vocans prohibuisti suspendio. Deus pater ait. Pro eo q̄ adam ex auaritia pomi vetiti totam suam posteritatem chyrographo vendidit serpenti. vnde in desperationem lapsus fuit: iubeo vt christus ex auaritia vendatur a discipulo suo iuda chyrographo triginta denariorum fm illud zacha. xi. Appenderūt mercedem meam triginta argenteos. et dixit dominus ad me. Proijce illud ad statuarium. decorum precium quo appreciatus sum ab eis: et tuli triginta argenteos et proieci illos in domum domini ad statuarium/ qui tamē cognoscēs peccatū suum desperans se suspēdat Sic enim implebuntur due figure. Prima figura est de absalon qui fugiens a facie patris sui dauid subter condensam quercu3 adhesit caput eius quercui et remansit in ea suspensus. secundi Regum. xviij. Secunda est de Achitofel qui videns q̄ non esset factum consilium suum suspendio seipm interemit. ij. Regum. xvij. Implebunf etiā visiones sanctorum pphetarū. Prima est Hie. xxiiij. Desperabat se posse euadere. Scd̄a est Iob vij. Elegit suspendium anima mea: et mortem ossa mea. desperaui nequaq̄ vltra iam viuam. Tertia est Hieremie xxx. capitulo Insanabilis fractura tua pessima plaga plaga tua. Quarta est Michee primo capitulo. Desperata est plaga eius. quia venit vsq̄ ad iudam desperatio. Quibus auditis

videns iudas q̄ iesum tradidit q̄ dānatus
esset: pnīa duct⁹ rettulit triginta argenteos
pncipibus sacerdotū ꝛc. vsq̄ cōstituit mihi
dn̄s: qm̄ adam exēplum meū. M Vige
20. simo iusticia dixit. Adā peccauit p infideli-
tatē in sibi cōmissis. q̄ fidelis em̄ dispensator
si bona dn̄i sui fideliter gubernauerit magnā
mercedē habebit ſm illud. Math. xxv. Eu-
ge serue bone ꝛ fidelis: q2 in pauca fuisti fi-
delis supra multa te cōstituā. Adam autem
nō fuit fidelis: q2 cū tu deus oīa subiecteris
sub pedibus eius in vno solo de quo pluri-
mū in eo cōfidebas vt tibi seruaret infideliter
se habuit. Deus pater ait p eo q̄ adam feu
dum meū infideliter tractauit volens mihi
equari in sciā boni ꝛ mali: qd̄ ego aduertēs
dixi. Ecce adam factus est quasi vnus ex no
bis: sciens bonū ꝛ malum: iubeo vt xp̄us in
domo herodis insciens ꝛ fatu⁹ reputet: ꝛ tā
q̄ insanus ꝛ demens spernat: ꝛ illudat in-
dutus veste alba. Sic em̄ implebunt due fi
gure. Prima est de Amō q̄ dehonestauit nū
cios dauid ij. Reg. x. Secūda est de nicha-
nore q̄ visis sacerdotibus ppl'i irridens spre
uit eos. i. Machab. vij. Implebunt etiā vi
siones sctōꝝ pphetarū. Prima est Job. xij.
Deridet iusti simplicitas. Lampas contē-
pta apud cogitationes diuitū, parata ad tē-
pus statutū. Secūda est. Esa. i. Filios enu-
triui ꝛ exaltaui ipsi autē spreuerūt me. dere-
liquerūt dn̄m: blasphemauerūt sctm̄ israel:
abalienati sunt retrorsum. Tertia est Tre-
noꝝ. i. Oēs amici eius spreuerunt illū: ꝛ fa
cti sunt ei inimici oēs q̄ glorificabāt eū spre-
uerunt illum: qm̄ viderunt ignominiā eius.
Quarta est Zach. iij. Jesus indutus erat ve
stib⁹ sordidis ꝛ stabat ante faciē angeli. Qui
bus audit pylatus audiēs galileā interroga
uit [redacted] si hō galileus eēt. Et vt cognouit
q̄ de herodis ptāte eēt ꝛc. vsq̄ nā antea ini-
mici erant. Luce. xxiij. qm̄ adam exemplum
21. meū ꝛc. Uigesimo pmo iusticia dixit. adam
peccauit per rapinā. importat em̄ rapina quā
dā violētiā ꝛ coactionē p quā ꝯ iusticiā ali
cui aufert qd̄ suū est. in societate aūt boīum
nullus hꝫ coactionē nisi p publicā ptātem: ꝛ
ideo quicūq̄ per violentiā aliqd̄ alicui aufert
si sit pūata persona nō vtens ptāte publica
illicite agit ꝛ rapinam cōmittit sicut pꝫ in la
tronib⁹. Principibus vero publica ptās cō-
mittit ad hoc q̄ sint iusticie custodes. Et iō
non licet eis vti violentia ꝛ coactiōe nisi ſm
iusticie tenorem. ꝛ hoc vel cōtra hostes pu-
gnando vel cōtra ciues malefactores punie
do. sed adam cōtra iusticiā violenter abstu-
lit de pomo: qd̄ tibi iustissime deus seruan-
dū voluisti: nec cōtra hostē pugnauit q̄ eue
suasit transgressionē: nec euā maleficientem
puniuit. Deus pater ait p violentia quā in
me exercuit adam contra iusticiā bona mea
surripiendo: iubeo vt xp̄s petat adiudicari
morti: ꝛ barrabas raptor ac seditiosus libe-
ret. Sic em̄ implebunt due figure. Prima fi
gura est de pp'lo abijciente deū ꝛ petente ho
minē in regē. i. Reg. viij. Secūda figura est
de siba q̄ occidit ꝛ vrbs dimittit. ij. Reg. xx.
Si illusisti mihi ꝛ dimisisti inimicū meū vt
fugeret. secūda est. iij. Reg. xx. Quia dimisi
sti virū dignū morte de manu tua erit aīa
tua p aīa eius. tertia est. ps. Captabunt in
aīam iusti ꝛ sanguinem innocentē condēna
bunt. quarta est. Hierem. xij. c. Fratres tui ꝛ
dom⁹ patris tui ipsi pugnauerūt aduersum
te ꝛ clamauerūt post te plena voce. Quib⁹
auditis pylat⁹ volēs liberare iesum ait pp'lo
iudeoꝝ. Quē vultis vob de duob⁹ dimitti?
At illi dixerūt. barrabam ꝛc. vsq̄ At illi ma
gis clamabant dicentes. crucifigat. Math.
xxvij. Qm̄ adam exemplum meū ꝛc. Uige-
simosecūdo iusticia dixit. Adam peccauit p
presumptionē. Licet tu deus creaueris adā
vt tandē transferret in gloriā tuā: tamē po
suisti eum in orto deliciarū: vt in eo operans
mereret ad illam peruenire: ſm illud. Ma-
thei. xx. Ite ꝛ vos in vineā meam ꝛ qd̄ iustū
fuerit dabo vobis. Et Roma. iiij. Ei autem
qui operat merces imputat ſm debitum.
Adam autē temptauit excellentiā tue glie
adipisci absq̄ meritis: imo contra tuam le-
gem faciendo. Deus pater ait. Cum adam
presumptuose aspexerit lignum vetitum q̄
esset pulchrum visu: cū tamen non liceat in-
tueri quod non licet cōcupisci: iubeo vt xp̄s
velet facie ne aspicere possit se percutientes.
Sic em̄ implebuntur due figure. Prima fi-
gura est de moyse qui velabat faciē: si popu-
lus debebat in eū aspicere. Exodi. xxxiiij. Se
cunda figura est de altari holocaustoꝝ quod
purpureo pallio erat contectum. Numeri.
iiij. Implebuntur etiam visiones sanctoꝝ ꝛ
pphetarum. Prima est. Exodi. xxxiiij. capi.
Posuit velamen super faciem suam. Secū-
da est. Numeri. iiij. Alij nulla curiositate vi
deant que sunt in sanctuario priusq̄ inuol
uantur: alioq̄n morientur. Tertia est. Esa.
vi. Uelabūt faciem ei⁹. Quarta est. Ezech.

xij ca. Facies eius operietur. vt non videat oculo terram. Quib⁹ auditis milites pylati suscipientes iesum in pretorio congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: ⁊ exuentes eum chlamidem coccineam circundederunt ei ⁊ velauerunt faciē eius. Quoniā Adam exemplum meū ⁊c. Uigesimotertio iusticia dixit. Adam peccauit per diffamationem. Cum em̄ tu deus tanta dona sibi contuleris quibus merito te plurimū laudare atq; benedicere debuit: tamen ad suasionem serpentis ⁊ eue maxima opprobria contra te excogitauit: reputans te ꝓpter leuitatem quandam: seu propter inuidiam sibi ꝓhibuisse ne ederet de ligno scientie boni ⁊ mali. Deus pater ait pro eo ꝙ adam ad arborem prohibitam me non laudauit sed mihi detraxit: iubeo vt xp̄us ligetur ad columnam vbi acerrime flagelletur. Sic em̄ implebuntur due figure. Prima figura est de Achior qui dicens veritatem laudando deum ligatus fuit ad arborem. Judic. vi ca. Secūda figura est de tribus pueris qui benedicētes deum missi fuerunt in fornacem ligatis manibus ⁊ pedibus. Daniel. iij. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima est. Genes. xlij. Tollensq; symeon ⁊ ligans illis presentibus. Secunda est. Genes. xlix. Ligans ad vineam pullum suum ⁊ ad vitem o fili mi asinam suam. Tertia est. psal. Quoniā ego in flagella paratus sum ⁊ dolor meus in conspectu meo semp. Quarta est. Job. xix. Flagellis suis me cinxit: spoliauit me gloria mea ⁊ obsedit in gyro tabernaculum meum. Quibus auditis pylatus apprehendit iesum ⁊ fecit eum spoliari ⁊ ligari ad colūnam ⁊ flagellari. Quoniā adam exemplum meum ⁊c. Uigesimoquarto dixit iusticia. Adam peccauit per auariciam. sicut em̄ immoderatus appetitus habendi bona temporalia est auaricia. vt dicit Magister sniarum libro secūdo. distin. xxi. Sic immoderata cupiditas altitudinis ⁊ sciētie eum supra modum ambiunt est auaricia radix autem oīum malorum est cupiditas. vt dicit apostolus. i. Thimo. vi. Equalitatem autem scientie boni ⁊ mali ex auaricia Adam cōcupiuit. Deus pater ait pro eo ꝙ adam voluit coronari corona mee diuinitatis abijciens coronam auream quam sibi dederam s̄m illud psal. Gloria ⁊ honore coronasti eū ⁊ constituisti eum super opera manuū tuarum: iubeo vt christus coronetur corona spinea. Sic em̄ implebūtur due figure. Prima est de ariete herente cornibus inter vepres Genes. xxij. ca. Secunda figura est de Dauid quem saul ⁊ viri eius cinxerunt in modum corone vt occiderent eum. i. Regum. xxiij. Implebuntur etiam visiones sanctorum prophetarum. Prima visio est Job. xxxi. ca. Circundem illum corona. Secunda visio est. Esa. xxviij. ca. In die illa erit dominus exercituum corona glorie ⁊ sertum exultationis residuo populi sui. Tertia visio est. Ezech. xxiiij. Corona tua circunligata sit tibi. Quarta visio est Zacha. vi. capi. Facies coronas ⁊ pones in capite iesu. Quibus auditis milites plectentes coronam de spinis posuerūt super caput iesu. Quoniā adam exemplum meū ab adolescentia mea. Uigesimo quinto iusticia dixit. Adam peccauit per gulam que est immoderata cibi auiditas siue vorax edacitas nature finibus non contenta. Adam autem in paradiso deliciarum positus cum ei ad vescendum omnia concesseris ligna: de vno quod ei sub pena mortis interdixeras ne comederet ꝙ primum audiuisti facem ab eo abstinere non potuit: sed vltra necessitatem nature: imo in detrimentū nature sue comedit. Deus pater ait pro eo ꝙ Adam olfactu ⁊ gustu sensit suauitatem pomi: atq; amissa innocentie stola: cōtra nuditatem corporis fecit sibi ⁊ vxori perizomata de ficulnee folijs: iubeo vt christus illudatur fetore sputorum iniectorum in os ⁊ faciem eius ⁊ pluries spolietur vestimentis suis et induatur purpureis in derisum. Sic em̄ implebuntur due figure. Prima figura est de hur quem iudei suffocabant sputis. vt dicit magister hystoriarum super. xxxij. capi. Exodi. Secunda figura est de Helyseo quē pueri illudebant. iiij. Regum. ij. capi. Implebūtur etiam visiones sanctorum ꝓphetarum. Prima visio est. Numeri. xij. c. Pater eius spuet in faciem illius. Secunda visio est. Deutero. xxv. caplo. Coram senioribus spuet in faciē eius. Tertia est. iiij. Regum. xix. capi. Spreuit te: subsannauit te: post tergum tuum mouit caput. Cui exprobrasti? Quem blasphemasti? Contra quem exaltasti voces ⁊ leuasti in excelsum oculos tuos? Contra sanctum israel. Quarta visio est Esa. liij. ca. Uidimus eum ⁊ non erat ei species neq; decor, desiderauimus eum despectum ⁊ nouissimum virorum: virum dolorum ⁊ scientem infirmitatem: ⁊ quasi absconditus vult⁹

Ipse autē manēs sub hac custodia rogauit beatam virginē vt impetraret a filio suo tria pro eo. primo ꝙ confirmaretur in proposito ordinis. secundo ꝙ perpetuā virginitatem seruaret. tertio ꝙ eius scientia ad honorem dei ⁊ salutem anime sue cederet. Apparuit aūt ei beata virgo certificans eum quoniaꝫ de omibus exauditus fuerat. Cumqꝫ nec minis nec blandicijs subuerti posset data fuit licentia fratribus vt ip̄m visitarent. fuit aūt sub hac custodia per bienniū: mater eius videns ꝙ necesse erat impleri qđ fuerat ꝓphetatum de eo nolens impugnare prouidentiam dei ꝑmisit vt per fenestrā castri per funē deponeret ⁊ fratrib' predicatorib' redderetur. ⁊ sic factum est ꝙ possit dicere illud. ij. Cor. xi. Per fenestrā in sportam demissus sum per murū ⁊ effugi man' eius. Quinto recuperauit veritatē ex doctrinali eruditiōe ideo dicit. venit ad libanū. Nam sicut mons libani est mons altissim': sic doctrina sancti thome est altissima: quia stilus breuis: ⁊ grata facundia est in ea. Sunt quidā qui reprehendūt studētes in artibus liberalib' quos reprehendit canon. dist. xxxvij. ca. Legimus §. Sed econtra. legim' ꝙ moyses ⁊ daniel omī sciētia egyptioꝝ ⁊ caldeoꝝ eruditi fuerunt. Legit etiā ꝙ precepit dn̄s filijs israel vt spoliarent egyptios auro ⁊ argēto. Moraliter instruens vt siue aurum sapiētie siue argentū eloquentie apud poetas inuenim' in vsum salutifere eruditōnis vertamus. Et in Leuitico etiā primitias mellis. i. dulcedinem humane eloquentie dn̄o iubemur offerre. Magi quoqꝫ tria munera obtulerunt dn̄o in quib' nonulli tres partes ꝑhie volūt intelligi. Deniqꝫ vt in expositione psalterij Cassiodorus testatur. Omīs splēdor rethorice eloquentie: omēs modi poetice locutionis: quelibet varietas decore ꝓnunciatiōis a diuinis scripturis sumpsit exordiū. Hinc ⁊ Ambrosius ait sup epl'am ad Col. Ois ratio superne scientie vel terrene creature in eo est qui est caput earū ⁊ auctor. vt qui hūc nouit nihil vltra querat: qꝛ hic est perfecta virtus ⁊ sapientia: quicqd alibi queritur hic perfecte inuenitur. In daniele ⁊ salomone ostendit infidelibus se auctorem totius eloquentie ⁊ sapientie: quia infideles nō putāt quia nō legunt in euangelijs ⁊ in ꝓphetijs astrologiā ⁊ alia huiusmodi q̄ despecta sunt qꝛ nihil valent ad salutē si mittunt in errorē ⁊ dn̄i in hijs student curā aīe nō habēt. Qui vero xp̄m nouit thesaurū sapiētie ⁊ scientie inuenit: qꝛ id nouit qđ vtile est. hec ibi. Et. c. Turbat. §. Cur ergo: dicit sic. Sed seculares l'ras q̄ ⁊ legunt ad voluptatē poetarum figmētis ⁊ verboꝝ ornatu delectati. Quidā vero ad eruditionē eas addiscūt vt errores gentiliū legēdo detestent: ⁊ vtilia q̄ in eis inuenerit ad vsum sacre eruditiōis deuoti cōuertāt. Tales laudabilit' seculares l'ras addiscūt. hec ibi. Sctūs thomas ita seculares l'ras didicit vt demōstraret eas eē ancillas sacre scripture. ꝫm illud Prouerb. ix. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcē. Sciebat eīm illā seculariū litterarū scientiā nō esse scientiā pietat. quia vt dicit Hiero. sup epl'am ad Titū. vt habet. xxxvij. dist. c. Si quis. ⁊c. Sciētia pietatis est nosse: legere scripturas: ⁊ intelligere ꝓphias: in euangelio credere: aplos nō ignorare. hec ibi. Sciēdū ꝙ postꝙ fratres predicatores recuperauerūt sanctū thomā sanct' iohānes theutonic' tunc magister ordinis accepit eū in filiū suū ⁊ duxit secum coloniā vt ꝓficeret sub fratre alberto theutonico in omi sciētia famosissimo. Et vt meli' transferret animū suū ad sapientiā cepit esse in studio assiduus: in orone deuot': ⁊ mirabilit' taciturn'. Cūqꝫ alijs nunꝙ loqbatur nec conferēdo nec disputando: nec legendo: nec sermones faciendo: ꝓpter qđ ab omib' vocabat bos mutus. Accidit aūt vt frater albert' legeret librum de diuinis nominib' quē attenti' sanctus thomas audiebat. Quidā ex studentib' acutior ⁊ melior inter alios cōpatiens sancto thome credēs ip̄ꝫ grossum ingenio vocauit eū ad partem ⁊ obtulit se repetiturū sibi lectiōes magistri Ipse autē tanꝙ hūilis acceptauit ⁊ reddidit gratias ei. Studens autē ille cuꝫ in loco secreto repeteret defecit. Tunc sanctus thomas accepta licentia loquendi ab eo dixit. Charissime frater magister non dixit sic. Et cepit repetere lectionē tam clare: tam distincte: tam ordinate: ⁊ multa subtilia addere q̄ magister non dixerat ꝙ duxit illum studentem in stuporem. Et ex tunc conuenerūt vt sanct' thomas repeteret illi studenti lectionem hoc promisso vt rem hanc secretam haberet. Timens vero studens ille ne fieret reprehensibilis apud deū si tantam scientiam occultaret reuelauit magistro studentiū seriem facti: qđ experimento ꝓbauit magister studentiū audiens sanctum thomā legentē Cūqꝫ id notū fieret magistro alberto valde

gauisus est: et voluit ꝙ responderet ad vnā
questionē: super quo sctūs thomas se humi
liter excusauit: sed ex obedientia acceptauit et
ad solitū orōnis suffragiū cōfugit. In dispu
tatione autē fecit vnā distinctionē pulcherri
mam per quā respōdit ad q̄stionē et ad argu
menta. Tunc magister albert⁹ fecit sibi q̄ttu
or argumenta credens sibi conclusisse. Et il
le tam ꝓfunde et tam subtilit̄ ea euacuauit
ꝙ magister miratus dixit. Charissimi nos
vocamus istum bouē mutū sed talem mugi
tum dabit in doctrina ꝙ totus mundus cō
tremiscet. et sic prophetauit de eo vt patet.
Post ꝙ autē fuit multis annis sub fratre al
berto visum fuit magistro iohāni verzellēsi
qui tunc erat magister ordinis et de consilio
magistri alberti ꝙ sanct⁹ thomas trāsferret
se parisius ad legendū sententias ꝓ forma et
gradu magisterij. Quo cū venisset tantam
grāam infudit de⁹ mēti eius vt in suis lectio
nibus excederet om̄es magros parisienses
Unde cepit scribere sup q̄ttuor libros sentē
tiarū tam subtilit̄ et ꝓfunde cōcordās scien
tias humanas cū sciētia diuina et phiam cū
theologia sic ꝙ ille nō nisi ꝓpt̄ hanc inuen
te fuisse videretur. vt posset dicere illud Pro
uerbiorum. viij. Ueritatē meditabitur guttur
meum: et labia mea detestabuntur impium.
Sexto recuperauit sapientiam ex supernali
reuelatione: ideo dicit. Tulit medullam cedri
id est perfecte cognouit humanitatem et di
uinitatē xp̄i. Nam vt dicit sanct⁹ Thomas
libro. i. contra gentiles. c. ij. Inter om̄ia hoīz
studia sapientie studiū est perfectius subli
mius: vtilius: et iocūdius. Perfectius quidē
inq̄tū homo sapientie studio datus: in tan
tum vere beatitudinis iam aliquā partē ha
bet. Unde sapiens dicit Eccli. xiiij. Beatus
vir qui in sapientia morabit̄ etc̄. Sublimius
aūt est qz per ipm̄ homo precipue ad dei si
militudinē accedit: qui om̄ia i sapiētia fecit.
Unde quia similitudo est causa dilectionis
sapiētie studiū precipue deo ꝑ amiciciā con
iungit. ꝓpter qḋ Sapie. vij. dicit̄ ꝙ sapiētia
infinit⁹ thesaurus est hominibus: quo qui vsi
sunt participes facti sunt amicicie dei. Uti
lius autē est quia per ipām sapientiā ad im
mortalitatis regnum peruenitur. quia vt di
citur Sapie. vi. Cōcupiscentia sapientie de
ducet me ad regnū perpetuum. Jocundius
autē est quia non habet amaritudinem con
uersatio illius nec tediū cōuictus illi⁹ sed leti
ciam et gaudiū. Sapie. viij. hec ibi. Sed san
ctus thomas maxime cupiebat studium hu
ius sapientie dicēs. Optaui et datus est mi
hi sensus et inuocaui et venit in me spūs sa
pientie: vt dr̄ in epistola hodierna. Unde
confitetur de seipso libro. i. contra gentiles.
ca. ij. sic. Assumpta ex diuina pietate fiducia
sapientis officium prosequendi: q̄uis pro
prias vires excedat: propositum nostre in
tentionis est veritatem quam fides catholi
ca profitetur pro nostro modulo manifesta
re: errores elimando contrarios: vt em̄ ver
bis hylarij vtar. Ego hoc precipue vite mee
officium debere me ideo cōscius sum: vt eū
omnis sermo meus et sensus loquatur. hec
ibi. Sciendum ꝙ quando cancellarius pa
risiensis audiuisset famam doctrine sancti
thome coegit ipsum ad gradum magisterij
suscipiendū: eo humiliter renuente quasi no
esset ad hoc sufficiēs. Coactus vero ex obe
dientia eidem imposita per priorem iuit ad
solitum orationis suffragium. Cui cum la
chrymis oranti apparuit senex quidā reue
rende persone in habitū fratrū predicatorū
dicēs. Ne dubites on⁹ magisterij suscipe qz
de⁹ tecū est vt postulasti. Sed pro tuo princi
pio propones illud ps. Rigans montes de
superioribus suis de fructu operum tuorū
satiabitur terra. Quo dicto disparuit et in
celum redijt. die autem sequenti presentat⁹
cancellario factus est magister in theologia
proponens thema sibi a deo reuelatum. Et
conuenientissimum fuit istud thema: quia a
deo illuminatus illuminauit sua doctrina
totam sanctaz matrem ecclesiam vt merito
posset dicere illud Gal. i. Qḋ euangelizatū
est a me nō est ꝯm hoiem. Neqz em̄ ego ab
homie accepi illud neqz didici: sed per reue
lationē iesu xp̄i. Ecce quomodo recuperauit
sapientiā diuinarū scripturarū. Septimo
recuperauit iusticiā ex virtuali curatiōe: ideo
dicit: et summitatē frondiū eius auulsit. Nā
vt Augu. dicit in lib. de ciuitate dei. Aliter
magi faciunt miracula aliter boni xp̄iani et
aliter mali xp̄iani. Magi per priuatos con
tractus cū demonibus. boni xp̄iani per pu
blicam iusticiā. mali xp̄iani per signa publi
ce iusticie. Ideo nō omib⁹ sanctis ista mira
cula attribuunt̄ ne perniciosissimo errore de
cipiant̄ infirmi estimātes in talib⁹ factis eē
maiora bona q̄ in operib⁹ iusticie qb⁹ vita
eterna cōparat̄. hec ille. Ut ergo appareat
iusticia. i. sanctitas ecclesie que obscurata
fuerat ex persecutiōe drachonis cōtra eam.

Ecce sanctus Thomas claret miraculis in vita nõ soluz in morte. Semel cum predicaret rome in ecclesia sancti petri in die veneris sancta et prouocasset populũ ad fletum et induxisset populum vt in die pasche illuc conueniret ad cõgaudendũ beate virgini de resurrectione filij sui post predicationem dici pascheo descendente de pulpito mulier quedaz que pluribus annis fluxum sanguinis patiebatur tetigit fimbriam cappe eius et stati perfecte curata est corã illa multitudine. Similiter cum socius eius febricitaret grauiter venit sanctus Thomas ad visitandũ eum in qua visitatione ad tactũ eius statim infirmus liberatus est et surrexit sanus: et sic de multis alijs vt merito possit dicere illud Act. iij. cap. Fides que per deum est dedit integram sanitatẽ istam in cõspectu omniũ vestrũ etc. Octauo recupauit charitatẽ ex cordiali cõpassione: iõ dicit. Et transportauit eã in terram chanaan in vrbem negociatorum. hec enim transportatio significat compassionẽ de miseria alterius. Negociatores sunt omẽs qui sunt in hoc mundo iuxta illud Luc. xix. Negociamini dum venio. vnde Innocẽ de vilitate conditionis humane dicit sic. Cuius pectus tam ferreũ: cuius cor tam lapideum: vt gemitus nõ exprimat: lachrymas nõ effundat: cum patri vel amici morbum vel interitũ intuetur: vt patienti nõ compatiatur: et dolenti nõ condoleat. Ipse iesus cum vidisset mariam et iudeos plorãtes infremuit spiritu et turbauit semetipsum et lachrymatus est: hec ille. Et Greg. li. xxij. moraliũ dicit sic. Tunc plena cordis nostri compassio est cum mala inopie pro proximo suscipere nõ metuimus: vt eum a passione liberemus. Plus est eñ aliquãdo compati ex corde quam dare. quia quisquis indigenti perfecte compatitur minus estimat omne quod datur: et aliquando nõ dando plus meretur quam dando ei qui nõ patitur. hec ille. Hec nãque cõpassio defecerat in ecclesia quoniam refrigerat charitas in cordibus multorum. Erant eñ homines seipsos amantes. Sanctus Thomas hãc recuperauit: quia cum cõstabat sibi quod aliqs ex infirmitate peccasset: sic peccata eius flebat ac si fuissent eius ppria. Difficilis erat tamen ad credendum quod aliquis peccaret: quia oẽs meliores se vel sibi similes in innocẽtia reputauit. In cõuersatiõe et collocutiõe tã dulcis et benignus erat quod omnes afflictos consolabatur vt merito possit dicere illud Job xxx. ca. Flebam ego super eo qui afflictus erat

Nono recuperauit humilitatem ex obediẽtiali subiectione: ideo dicit et posuit illaz i terra pro semine vt firmaret radicem sup aqs multas: in superficie posuit illud. Nam vt dicit sanctus Thomas. ij. ij. q. xviij. ar. i. ad i. dicendum sicut dicit ysidorus libro ethimologiarũ. humilis dicitur quasi humi accliuis. i. ymis adherens. Qđ quidẽ contingit dupliciter. Uno modo ex principio extrinseco puta cum aliquis ab alio deijcitur: et sic humilitas est pena Alio modo a principio intrinseco. Et hoc põt fieri quãdoque quidem bene puta cum aliquis cõsiderans suuz defectũ tenet se in infimis secundum suum modũ. Sicut Abraham dixit ad dñm Gene. xviij. Loquar ad dñm meum cũ sim puluis et cinis: Et hoc mõ hũilitas ponit virtus Quandoque autem potest fieri male puta cũ homo honorem suum nõ intelligens cõparat se iumẽtis insipiẽtibus et fit similis illis Humilitas autem secundum quod est virtus in sui ratione importat quandã laudabilem deiectionem ad ima. Hoc aliquando fit solum secundum signa exteriora secundum fictionem. Unde hec ẽ falsa humilitas de qua Agusti. dicit in quadam epistola quod ẽ magna supbia qr. s. videtur tendere ad excellentiã glorie. Quãdoque autem fit secundum interiorem motum anime secundum hoc humilitas pprie ponitur virtus: quia virtus nõ cõsistit in exterioribus: sed principaliter in interiori electione mentis: vt patet per phm i libro ethicorum. hec Thomas. Hec enim humilitas est semen illud positũ in terra. Firmat autem radicem super aquas multas. Quia vt dicit Basilius in suo hexameron Tria sũt que radicata nutriũt humilitatem. s. assiduitas subiectionis: cõsideratio pprie fragilitatis et consideratio rei melioris hec ille. Sed hanc virtutem humilitatis recuperauit sanctus Thomas que pdita erat. Cũ eniz quadã vice transiret per bononiam et in cõuẽtu fratrum aliquot diebus moratus fuisset: contigit vt quadaz die deambularet per claustrũ cõtemplatiuus. Et dum sic iret ecce quidaz frater alterius cõuentus: qui eũ nõ nouerat accepit licentiã a priore vt cum primo fratre sibi occurrẽte posset ire ad ciuitatẽ ad quedã negocia pagenda. Eo aũt pquirẽte sociũ primus occurrit ei sctũs Tho. Et accedens ad eũ dixit. Bone frater prior mãdat quod veniat mecũ. Sanctus Tho. inclinãs caput suũ secutus est eũ post quẽ cũ nõ posset sic festinãter ire frequẽter arguitur a socio se humiliter excusabat. Ciues vero et scholares qui nouerãt pdi

ctū doctorē admirati q tant⁹ doctor seque-
ref fratrē tā vilis ɔditionis: icrepauerūt fra
trē illū dicētes. Frater eatis plane. Nescitis
vos cū q̄ vaditis. Rn̄dit frater. Nescio: s̄ vi
def mihi q sit frater hospes sicut ego sū. di-
xerūt illi. Iste est frater Thomas de aquino
maior doctor mūdi quō precedistis eum? Et
stati fecerūt scō Thome magnā reuerentiā
Frat aūt ille pstrat⁹ corā scō Thoma humi
liter ab eo petiuit veniā qm̄ ignoranter fece
rat. Ciues vero petiuerūt a scō Thoma qlit
hunc fratrē seqbat: Rn̄dit sanct⁹ Thoās.
Ois religio pficit ex obediētiali hūilitate q
hō hoi ppter deū se subijcit: sicut de⁹ hoi ppt
hoiem obediuit vt merito possit dicere illud
pme corin. ix. Cū essē liber ex oib⁹ oim me
seruū feci: vt plures lucrifacerē. Decimo re
cupauit obedientiā ex internali pparatione
lō dicit. Cūq germinasset creuit in vineā la
tiorē: hūili structura: respiciētib⁹ ramis eius
ad eā. Hec nāq vinea latior ē religio fratrū
pdicatorum ad quā missi sūt eparii s. pdicato-
res et alij fratres deuoti et sancti. Rami eius
sūt religiosi in ea viuētes sub merito saluta-
ris obediētie ex iternali pparatōe animi ad
pficiēda mādata supior. Unde sanct⁹ Tho
mas. ij. ij. que. lxxxviij. arti. viij. in fi. dicit sic.
Votū obediētie est precipuū iter tria vota
religionis. Et hoc triplici rōne. Primo qdē
qr p votū obedientie aliqd maius bō offert
deo. s. ipsam volūtatē que est potior q corp⁹
pprīū: qd offert homo p cōtinentiā: et q res
exteriores quas offert hō deo p votum pau
pertatis. Un illud qd fit ex obediētia ē mag
deo acceptū q est qd fit p ppriā volūtatem
fm q Hiero. dicit ad rusticū monachū. Ad
illud oro: vt doceam te nō tuo arbitrio viuē
dū et post pauca. Nō facias qd vis: comedas
qd iuberis: quantū acceperis habeas: vestia
ris qd datur. Unde et ieiuniū reddit minus
acceptū cū ppria volūtate fm illud Esay.
lviij. Ecce in dieb⁹ ieiunij vestri iuenitur vo
lūtas vestra. Scdo qr votū obediētie conti
net sub se alia vota: s nō cōuertit. Nam reli-
giosus etsi teneat ex voto cōtinentiā serua-
re et paupertatē, tn̄ hec etiā sub obedientia ca
dūt ad quā ptinēt multa alia preter continē
tiā et paupertatē. Tertio qr votū obediētie p-
prie se extēdit ad actus ppinquos fini reli-
gionis. Quāto aūt aliqd ppinquius est fini
tanto meli⁹ est. Inde est q votū obediē
tie est religioni essentialius. hec Thomas.
vnde Bernar. super cantica dicit sic. Opti-
mū in morib⁹ dixeri q̄ et in nullo prius resi
stit poiib⁹: aut subiectis in supbia presit: pre
latis obediēs. socijs ɔgruēs: subditis vtilit cō
descendēs: deo deuot⁹: mgro subdit⁹. senior-
bus obediēs: minorib⁹ obtēperās: singul' pla
cens: verbo vtilis: corde p hūilis oibus mā-
suetus. hec ille. Sanct⁹ Thomas hāc xtutē
obediētie recupauit q necq ppt opationis
istantiā: necq ppt ocij desideriū: sui poris p-
tijt mādatū. Nā tpe q scribebat scd'z op⁹ sū-
me in theologia scrūs ludouic⁹ rex frācie iui
tauit ipm ad prandiū secū q se hūilit excusa
uit ppt op⁹ qd icepat: rex aūt mādauit po-
ri pīnē si q ipm absq oi excusatōne secū du
ceret: tūc prior mādauit scō Thome in meri
tū salutaris obediētie vt secū iret ad prādiū
cū rege: q deuote obediēs dīsso studio cū illa
ymaginatōe quā i cella ɔceperat: iuit cū pore
ad regē: iuxta quē sedēs in mēsa subito diui-
nit⁹ ispirata sibi quadā vitate fidei mēsā p-
cussit et dixit mō ɔclusū est ɔ heresiz māichei
Quē prior tetigit et dixit. Aduertatis mgr: qr
nūc estis in mensa regis francie et traxit ip-
sum p cappā fortiter: vt abstractū a sensib⁹
excitaret. Quo excitato iclinās se coram re-
ge rogauit cū q sibi pceret qr sic abstract⁹
fuerat in mēsa regia. Rex aūt admirat' fuit
valde edificatus: qr cū sanct⁹ Thomas eēt
nobilis ita q talis inuitatio debuisset esse sibi
ad delectationem: tn̄ eleuatio mētis sue fuit
fortior q cōsolatio de tali prandio. Un rex
fecit stati vocari scriptorē suū qui redegit in
scriptis qd in illa eleuatōe mētis cōptū hue-
rat diuinit⁹: vt merito possit dicē illd. Tob. xij.
Uidebar quidē vobiscum manducare et bi-
bere: sed ego cibo et potu inuisibili vtor etc.

Undecimo recupauit paupertatē ex mētali
despectōe: ctō dicit. Radices eius sub illa erāt
quia virtutes suas cōseruabat sub voto pau
pertatis eo q mentaliter despiciebat digni-
tates et opes temporales. Unde sanct⁹ Tho
mas. ij. ij. q. clxxxvi. ar. iij. ad tertium dōm di
cit sic. Medium virtutis fm philosophū in
secūdo ethicorū accipitur fm rationē rectam
nō fm quātitatem rei. Et ideo quicquid po-
test fieri fm rationem rectam nō est viciosū
ex magnitudine qntitatis: sz magis virtuosū
Esset aūt pter rōnem rectam si quis oia sua
ɔsumeret in intemperātia vel absq vtilita-
te. Est aūt fm rōez rectā q aliqs diuitias ab-
iciat vt ɔtēplatōi vacet. Qd et phi qd fecisse
legūt. dicit ei Hie in epla ad paulinum. So
crates ille thebanus homo quōdā ditissimus

cū ad philozophādū pgeret athenas magnū auri pōdus abiecit nec putauit se posse simꝫ diuitias ⁊ virtutes possidere. Vñ multo magis ꝫm rōnem rectaȝ est vt homo oīa sua relinquat ad hoc vt xp̄m recte sequat. Unde Hieroñ. dicit in ep̄la ad rusticū monachum Nudȝ xp̄m nudus sequere. hec thomas vt ergo sanctus thomas liberius vacaret cōtēplationi diuitias ⁊ dignitates mūdanas totaliter contēnebat: reputans sibi ad gloriaȝ sed xp̄m pauperē ⁊ humilē magis ꝗ̄ honore ⁊ diuitijs abundare. Cum eñ semel rediret a sancto Dyonisio ad quem iuerat cā visitādi reliquias sanctoꝝ: ⁊ appropinquaret parisius dixerunt ei studentes qui erant cū eo. Magister videte ꝙ pulchra ciuitas: velletis esse dominus huius ciuitatis? Qui rñdit. Libentius vellē cōmentū ⁊ homelias beati Johannis crysostomi super Matheū ꝗ̄ ꝙ hec ciuitas esset mea. Naȝ contemplationē diuinoꝝ mihi auferret: ⁊ consolationē animi impediret. Quanto eñ quis ampli⁹ amore tēporalium premitur: tanto periculosius a celestibus disiungitur. Item cum papa clemēs quartus offerret sibi archiepiscopatum neapolitanū cum aditione redditū monasterij sancti petri ⁊ misisset eidem bullas super hoc: sanctus thomas renuit ⁊ rescripsit pape ꝙ deinceps non molestaret cū super vlla ꝓmotione. Et ꝙ super hoc valde orabat sanctitatem eius q̄ꝛ liberius vacabat contemplationi diuinarum scripturarum: vt merito possit dicere illud. Sapien. vij. Preposui illam scȝ sapientiam regnis ⁊ sedibus ⁊ diuitias nihil dixi in comparatione illius ⁊c. Duodecimo recuperauit perseuerantiā ex diuinali certificatione: ideo dicit facta est ergo vinea: fructificauit in palmites: ⁊ emisit ꝓpagines. Nam vt dicit sanctus Tho. secunda secūde q. cxxxvij. artic. iiij. in rñsione. Perseuerantia dupliciter dicit̄. Uno modo ꝓ ipso habitu perseuerantie ꝫm ꝙ est virt⁹ ⁊ hoc modo indiget dono habitualis gratie sicut cetere v̄tutes infuse. Alio modo potest accipi ꝓ actu perseuerantie durante vſqȝ ad mortem. Et ꝫm hoc indiget non solum gratia habituali: sed etiam gratuito dei auxilio seruantis hominē in bono vſqȝ ad finem vite. Quia cum liberū arbitriū sit de se vertibile: ⁊ ei hoc non tollatur per habitualem gratiam presentis vite non subest potestati liberi arbitrij etiam per gratiā reparati vt se immobiliter statuat licet sit in potestate eius ꝙ hoc eligat. Plerunqȝ enim cadit in potestate nostra electio: non autem executio. Hec Thomas. Et Bernardus in quadaȝ epistola dicit sic. Absqȝ perseuerantia neqȝ pugna victoriam: neqȝ victor consequitur palmam Uictrix eñ est ⁊ meritum: mediatrix ⁊ premium. Soror patientie. filia constantie: amica pacis: amicitiarum nodus: vnitatis vinculum: sanctitatis propugnaculum: cōplens ⁊ perficiens omne bonum. Tolle perseuerātiam: non obsequium mercedem habet: nec beneficium gratiam: nec fortitudo laudem. Sola est cui eternitas reconditur: vꝫ potius per quam eternitati homo ⁊ saluti redditur dicente domino. Qui perseuerauerit vſqȝ in finem ⁊c. hec ille. Sanctus vero Thomas fuit certificatus de perseuerantia sua in bonum diuino oraculo. Nam cum sanctus thomas esset neapoli ⁊ scriberet vltimaȝ partē theologie: omni nocte ante matutinas ibat ad eccl'iam ad oranduȝ: q̄ꝛ camera sua iuxta ecclesiam sic disposita erat ꝙ introitum habere poterat cum voluisset: ⁊ statim quādo pulsabatur ad primū signum matutinarum festinabat ire ad cameram suam ne ab alijs videretur. Sacrista autem qui dicebatur frater dñicus de casorta conuersus ⁊ deo deuotus cui deus multa reuelauit: duxerat in consuetudineȝ surgere ante matutinas ⁊ tandē percepit q̄d sanctus thomas faciebat: ⁊ proposuit obseruare quomodo sanctus doctor orabat. Nocte quadam duȝ oraret sanctus thomas post capellam sancti nicholai vidit ipsum quasi duobus cubitis eleuatum a terra cum lachrymis oranteȝ versus ymaginē crucifixi. Quo orante crucifixus dixit sancto thome. Bene scripsisti de me thoma: quam ergo mercedem pro tuo labore recipies? Et sanctus thomas respondit. Dñe non aliam mercedem recipiam: nisi teipsum. Tunc autem scribebat de christi passione ⁊ resurrectione. Sic ergo certificatus fuit de perseuerantia. Ecce quomodo sanctus thomas recuperauit coronaȝ duodecim stellarum sancte matri ecclesie. vt patet. ¶ Uidens autem dracho quoniaȝ hec mulier. i. sancta mater ecclesia recuperauerat coronam duodecim stellarum per vitam ⁊ sanctitateȝ sancti thome: produxit ex ore suo aquam. i. falsam doctrinam vt deuastaret fidem ⁊ doctrinam veram sancte matris ecclesie. vnde Augustinus libro de vera religione. ca. vi dicit sic. Neqȝ in cōfusione paganoꝝ: neqȝ in pur.

gamentis hereticorum: neq; in languore scis-
maticorum: neq; in cecitate iudeorum que-
renda est religio: sed apud eos solos q̃ chris-
stiani catholici nominantur: integritatis custo-
des ⁊ recta sectãtes. Hec em̃ ecclesia catho-
lica per totum orbem valide lateq; diffusa er-
rantibus vtitur ad profectus suos: ⁊ ad eo-
rum correctionem cum euigilare voluerint.
Utitur em̃ gentibus ad materiam operatio-
nis sue: hereticis ad probationem doctrine
sue: scismaticis ad documentum stabilitatis
sue: iudeis ad comparationem pulchritudi-
nis sue. hec ille. Hij omnes nituntur depra-
uare sinceritatem doctrine catholice. Sed ad-
iuuit terra mulierem. i. sanctus Thomas de-
fendit ecclesiam: ⁊ aperuit terra os suum. i.
sanctus Thomas aperuit intellectum scri-
pturarum. ⁊ absorbuit flumen id est confuta-
uit omnem falsam doctrinam vt merito pos-
sit dicere illud. Sapiẽ. vij. Quam sine fictio-
ne didici: sine inuidia cõmunico: ⁊ honesta-
tem illius non abscondo. Sciendum ꝙ iste
fluuius false doctrine habet quattuor riuu-
los: scz paganorum iudeorum: hereticorum
⁊ scismaticorum: quos sanctus Thomas ab-
sorbet veritate sue doctrine: quia istorum er-
rores purgat ⁊ eos ad veritatem deducit.

In primo riuulo sedent isti phi pagani re-
ficientes doctrinam suã ⁊ q̃uis falsam erro-
neã. Primus est Thales milesius: primus
ex sapientibus grecie: qui voluit aquam esse
principium oium rerum. Quia omnia viden-
tur procreari ex humiditate: ex qua virescũt
arbores nutriuntur aialia ⁊c̃. Secũdus est
Anaximander huius discipulus qui voluit
ignem esse principium omniũ rerum: quia ca-
lor naturalis est fundamentũ productionis
nutritionis: augmentationis oium rerũ ⁊c̃.
Tertius est Anaximenes huius auditor q̃
voluit aerem esse principium oium rerum: q2
aer oia cõtinet. Si em̃ daretur vacuum oia
corrũperẽtur. Etiam aialia viuũt aere pro-
pter respirationem. Quartus est Anaxago-
ras qui voluit intellectum quendã separatũ
esse principium oium rerum: q2 segregabat
ea que erant confusa ⁊ mixta in quodam ca-
hos. ⁊ partes similes adiuuabat inuicem ⁊c̃.
Quintus est Archelaus qui voluit terram
esse principium oim rerũ: q2 per aerẽ ⁊ aquã
fecundabatur terra ad ꝓducendum omne ens
naturale. Sine istis em̃ nihil cõseruabatur in
esse. Sextus est Empedocles q̃ voluit vltra
quattuor elemẽta amicitiã ⁊ litẽ esse princi-
pia oium rerũ q2 elementa erant tanq̃ ma-
teria. Lis ⁊ amicitia erãt tanq̃ efficiens cã.
vt dicitur. i. metaph. Et q2 isti reputabant ista
principia que ponebant esse deos. vt decla-
rat Tullius lib. i. de natura deorum: ideo san-
ctus thomas vt absorberet istã aquã. i. vt tol-
leret hanc falsam doctrinam obtulit istus ex-
positionẽ super tota phia Aristotelis ⁊ par-
uos tractatus de rebus naturalib9 q̃bus re-
duxit eos ad viã veritatis. vñ dicũt illud Sa-
pien. v. Errauimus a via veritatis ⁊ lumen
iusticie. i. lumen ⁊ claritas tue doctrine: non
luxit nobis. Nunc autẽ cognoscimus: q̃m ve-
nit sol vere. videlicet sanctus Thomas. vt
dicit thema. Post istos sequitur Socrates in
cuius schola vt dicit Lactancius docetur igno-
rantia ⁊ discitur. q̃ fatebatur hoc solũ se scire: scz
ꝙ nihil sciret ideo conuersus est ad phiam
moralem per quã videbatur religionẽ quan-
dam inter homies adducere. Sed istã aquã
absorbuit sanctus thomas offerens librum
cõtra retrahentes a religione in quo docet
que sit vera religio ⁊ que religiosa supstitio
vt satis pz. Plato autem sequebatur istum ⁊
plures sensit esse deos quos coleremus vt
docet in Thymeo dicens. O dij deorum quorum
opifex paterq; ego ⁊c̃. Sed istã aquã absor-
buit sanctus thomas. offerens librũ de ꝑfe-
ctione xpiane religionis in quo docet perti-
nentia ad verã religionẽ vnius dei colendi.
pz. In hoc riuulo sederũt peripatetici plu-
res: scz Aristoteles theofrastus ⁊ demetri9
eius discipulus: q̃ voluerunt mundũ hũc nõ
habuisse principiũ: sed fuisse ab eterno ⁊ ni-
hil ꝓdijsse in esse ꝑ creationẽ: q̃m ex nihilo ni-
hil fit. vt dicitur. i. phicorum. Sed istam aquã ab-
sorbuit sanctus thomas offerens librũ de po-
tentia dei: in quo docet qualiter cuncta ꝓce-
dunt a deo per creationẽ. Et vt maiorẽ eui-
dẽtiã huius rei faceret ex datis a phis ꝓces-
sit ad hoc declarandũ quo ad singulas crea-
turas. vt pz. In eadem schola phorum sede-
runt Themistius ⁊ Aueroys Iohes gram-
maticus. Anẽpece quibus durum fuit crede-
re ea que catholica eccłia docuit. vt pz ex cõ-
mẽtatore. i. celi ⁊ mundi. ⁊. xi. methaph. Sz
istam aquã absorbuit sanctus thomas offe-
rens librũ q̃ dicitur summa theologie faciens
satis credibilia ea que sunt fidei. In eodem
riuulo sederunt Achademici: scz Pleusip-
pus Senocrates polemon Archesilas Car-
neadas qui voluerũt ꝙ nihil posset sciri cer-
titudinaliter: sed ad vtranq; partem posset

disputari. vt dicit Tullius libro de Achademicis. Sed istam aquaꝫ absorbuit sanctus Thomas offerens libruꝫ qui dicitur. Quotlibeta in quo de diuersis questionibus ⁊ alibus ad vtrancꝫ partem disputans ratiões certissimas adducit quid tandem tenenduꝫ sit. Post istos sequūt Epycurei: scꝫ Leucippus democritus Aristipus. qui dixerunt ꝙ deus non curabat de rebus humanis necꝫ habebat prouidentiam de his inferioribus. Sed istam aquam absorbuit sanctus Thomas per expositionem notabileꝫ super Job ad litteram in qua confutat istum errorem introducendo Epicureos loquentes. In eodem riuulo sedent Stoyci: scꝫ Lucretius panecius Seneca Tullius qui voluerūt omnia prouenire de necessitate nec oportere homines sollicitari ad aliquid agendum: qꝛ dispositio fati est īmobilis. Sed istam aquaꝫ absorbuit sanctus Thomas offerens librum qui dicitur prima pars summe: in quo reprobat hunc errorem in generali ⁊ in particulari. Post istos sequit Pythagoras qui tradidit quosdam modos vite moralis: sed nō que tenderent ad eternaꝫ beatitudinem. posuit em̄ felicitatem in solis virtutibus: ⁊ non in deo. Sed istam aquaꝫ absorbuit sanctus Thomas offerens librum qui dicitur secunda secunde: in qua tractat de virtutibus moralibus ⁊ theologicis. ⁊ quomodo deducit ad beatitudinem que in solo deo ponit. distinguens status hominuꝫ ⁊ quid vnicuiqꝫ statui conueniat vt ad illam perueniat ⁊c.

In isto riuulo sederunt Piron: ⁊ Ariston qui voluerunt omnia esse equalia: nec vnuꝫ bonum altero maius nec malum aliquod alio deterius. Sed istam aquā absorbuit sanctus Thomas: offerens librum qui dicitur prima secunde: in quo docet inequalitatem virtutuꝫ ⁊ vicioꝝ: quo ad singulas virtutes ⁊ vicia. Etiā obtulit expositioneꝫ sup lib. de hebdomadib⁹. Cū istis vltimo sederūt Eraclitus: ⁊ q̄dā alij q̄ voluerūt ꝙ nemo pcipet v̄itatē aut qꝛ obscura esset: aut qꝛ sensus n̄ri īpediebantur hanc scire ⁊ cognoscere. Sed istam aquam absorbuit sctūs thomas. offerens librum q̄ dicit q̄stiones de necessitate in quo expugnauit istorū errorē. Hij oēs cognoscētes errores suos expugnatos ꝑ sanctum thomam dixerunt illud psalmi. Declaratio sermonū tuoꝝ illuminat ⁊ intellectū dat paruulis. Et dixerūt inter se. Venit sol vere. scꝫ ad illuminationē gentiū ⁊ g. ple. t. israel, Ad quos loquens sctūs thomas dixit. Video qm̄ inter vos sunt multi dubitantes de ijs q̄ sparsim ⁊ diuisim scripsi necꝫ oibus rōnibus vestris satisfeci: sed hoc vnū vobis offero in quo singuli errores vestros perspicietis dissolutos. ⁊ obtulit eis libruꝫ q̄ vocat cōtra errores gentiliū pulcherrimis rōnib⁹ naturalibus ornatū. Sed qꝛ ibi erant gentiles quidā: imo multi ⁊ grossi q̄bs vt reuocaret ab erroribus eoꝝ vocauit ad se ⁊ obtulit eis librū paruulū q̄ vocat cōtra errores infidelium. At illi reuerenter suscipientes dixerūt illud qđ ponit Tullius lib. i. de Achademicis ⁊ allegat ab Aug. li. vi. de ciui. dei. ca. ij. sic. Nos inq̄t in nostra vrbe ꝑegrinantes errantesqꝫ tanq̄ hospites tui libri quasi domum reduxerunt: vt possemus aliqn̄ qui ⁊ vbi essemus cognoscere. Tu etatem patrie tu descriptiones temporꝝ: tu sacroꝝ iura: tu sacerdotiū tu domesticā: tu publicā disciplinā: tu sediū regionū locoꝝ: tu oīm diuinarū humanarūqꝫ rerū noīa: genera: officia cās aperuisti. hec ille. ¶ In riuulo secūdo sedent iudei in xp̄m non credētes: q̄ dicunt ꝙ messias nondū venit: ⁊ ꝙ religio xp̄ianoꝝ ē superstitio. Sed istā aquā. i. falsam doctrinā absorbuit sctūs thomas offerēs eis expositioneꝫ super Esaiam ꝓphetam. Nam vt dicit Aug. lib. xviij. de ciui. dei. c. xxix. Esaias grauiter iniqua arguit ⁊ iusta precepit ⁊ peccanti populo futura mala predicit. de xp̄o etiaꝫ ⁊ ecclia hoc est de rege ⁊ ea quā condidit ciuitate mlt̄o plura q̄ꝫ ceteri ꝓphetauit. vt ita a q̄busdā potius euāgelista q̄ꝫ ꝓpheta diceret. hec ille. Et lib. xx. eiusdeꝫ. ca. xxi. ibidē ex Esaia recapitulat nouū testamētū ex primo saluatoris aduentu vsqꝫ vltimū iudiciū perducēs finiensqꝫ sermonē. hec ibi. Preterea cuꝫ Aug. quereret a btō Ambro. q̄d sibi de libris sanctis legendū esset quo percipiende xp̄iane gr̄e aptior fieret atqꝫ paratior. At ille iussit Esaiam ꝓphetam ꝙ pre ceteris euāgelij: vocationisqꝫ gentium sit prenunciator apertior. Sic etiam sanctus thomas aperit intellectum iudeis in expositione Esaie vt intelligant gratiam iesu christi. Que expositio ꝙ sit vera ⁊ fidelis. Sciendum ꝙ cū deuenisset ad quendam passum valde difficilē sup quo nō occurrebat expositio litteralis que ei satisfaceret qđ suo ingenio non poterat intelligere: contulit se ad solitum oronis suffragiū mlt̄o ieiunio affligēs corp⁹. Cūqꝫ diutius ieiunasset orauit sāctos apostolos

petrū & paulū quos in maxima deuotione
habebat vt eoꝝ meritis & intercessione cla-
rus sibi fieret ille passus. Cui quadaz nocte
in camera oranti apparuerunt sancti aposto
li Petrus & Paulus: qui tūc ipsum de textu
dubio plenissime instruxerunt &c. vt merito
iudei possint dicere. Nunc cognouimus: qm̄
venit sol vere &c. Etiaz obtulit eis expositio
nem super psalterium dauid &c. ¶ In
tertio riuulo sedent heretici multam aquam
id est falsam doctrinam emittentes & quili-
bet in suo ordine. Primus est Arrius q̄ con
fudit trinitatē dicēs q̄ non erat nisi vna per
sona que dicebatur pater ratione creationis
rerum: eadem dicebatur filius ratione redē-
ptionis: eadem dicebatur spūssanctus ratio
ne sanctificationis. Sanctus Thomas ab-
sorbuit istam aquam offerens expositionez
super libro Boecij de trinitate in qua hunc
errorem exterminat. Secundus est Sabel
lius qui confudit substantiā dei dicēs: q̄ si
cut erant tres persone in trinitate: ita erāt tres
essentie & nature diuine. Sanctus thomas
absorbuit istam aquam offerens expositio-
nem super primo libro sententiarum in quo
disputat de singulis mysterijs sancte trinita
tis aperte lucide & copiose. Tertius est Ma
nicheus qui voluit duo eē principia rerum
vnum bonoꝝ & hoc est deus: aliud maloꝝuz
& hoc est diabolus. Sanctus thomas absor
buit istam aquam offerens librum qui dicit͛
questiones de malo. vt patet. Quartus est
Pelagius qui voluit q̄ homo ex libero arbi
trio sine auxilio gratie celestis posset mereri
vitam eternam ex proprijs meritis. Sanct9
Thomas absorbuit istam aquam offerens
expositionem super secundo libro sententia
rū vbi hoc reprobat. Quintus est Appolina
ris & eius complices: qui dixerunt q̄ xp̄us
non assumpsit corpus de virgine: sed aliqd
diuinitatis in carnem fuisse conuersum. Sā
ctus thomas absorbuit istam aquaz per ter
tium librū sententiarū in quo clare & fideliter
eliminat omnes errores hereticoꝝ circa my
sterium incarnationis passionis resurrexio
nis iesu xp̄i. Sextus est Origenes cum Cy
priano quorum primus voluit tam angelos
malos: q̄ damnatos homines in fine mun-
di saluari. Secundus voluit illos esse reba-
ptisandos: qui ab heretica prauitate redie-
rint. Sed sanctus Thomas absorbuit hanc
aquam offerens eis quartum librum senten
tiarum. in quo de omnibus ecclesie sacramē
tis omniū iudicio fidelissime disputat. Un
de in hijs libris omnes hereticos mirabili-
ter confutat vt fateant͛ se cognoscere errorē
suum. Iuxta illud psal. Errauerunt ab vte-
ro: id est recedētes a fide catholica locuti sūt
falsa. Nunc autem ex presentia sancti Tho-
me dicunt. Uenit sol vere &c. ¶ In qrto
riuulo sedēt scismatici: s. greci qui ab obedi
entia sancte matris ecclesie romane recesse-
runt dicentes: q̄ spūssanctus non p̄cedit a
patre & filio. & q̄ romanus pontifex non est
caput totius orbis: & multam falsam doctri
nam seminauerunt. Sed istam aquam ab-
sorbuit sanctus Thomas offerens librū cō
tra errores grecoꝝ in quo validissimis rōni
bus confutat omnes errores eorum. Ita vt
confiteant͛: qm̄ venit sol vere &c. Sequit͛
autem in fine capituli. xij. Apocal. sic. Et ira
tus est dracho in mulierez: & misit facere pre
lium cum reliquijs de semine eius: qui custo
diunt mādata dei: & habent testimoniū iesu.
hec ibi. Uidens em̄ dyabolus qm̄ sanctus
Thomas absorbuerat oēm aquam. i. falsaz
doctrinaz quā miserat & fuderat contra san-
ctam matrem ecclesiam: conatus est preliari
cum fidelibus christianis qui remanserant
in ecclesia dei. quibus subuenit sanctus tho
mas. Primi sunt prelati ecclesie inter quos
primo residet papa Urbanus quartus qui-
bus ad sui defensionem & salubre regimen
contra demonem: obtulit sanctus Thomas
librū de articulis fidei & ecclie sacris. vt pz. &
expositionē sup oēs euāgelistas ex dict͛ scto
rū: q̄ vocat͛ cathena aurea. Secūdi sunt re-
ges & p̄ncipes inter quos p̄mo residet rex cy
pri: qbus ad sui defensionē & salubre regimē
obtulit sctūs thomas librū de rege & regno
adiungēs paruū tractatū ad ducissaz brabā
tie. Tertij sunt oēs fideles qbus ad erudi-
tionē fidei obtulit sctūs thomas expositionē
sup p̄mā rubricā decretalis. & expositionē su
per ep̄las scti pauli. Quarti sunt hoīes vir
tuosi qbus ad moralē vitā & honestā obtulit
sctūs thomas expositiōez libri ethicoꝝ. Quī
ti sunt ciues qbus ad vitā politicā & ciuilez
obtulit sctūs thomas expositionē libri politi
coꝝ. Sexti sunt gubernatores familiarum
quibus ad rectam & ad fidelem gubernatio
nem obtulit sanctus Thomas librum yco-
nomicorum. Septimi sunt Predicatores
quibus ad exhortationez populi obtulit san
ctus Thomas librū de articulis fidei ad ma
gistrum ordinis predicatoꝝ. Et q̄stiones ad

lectorē venetū. Et q̄stiones ad lectorē bisantinū. Et sermones ad populū. Octaui sunt doctores q̄bus ad profectum fidei xp̄iane: cum apud ipsos esset dubitatio parisius circa sacramentū corporis xp̄i obtulit librū de corpore xp̄i ſm ordinē predicatoꝝ cōpilans insuper officiū corporis xp̄i ſm ordinem ⁊ consuetudinē cuiuslibet ecclesie catholice ad mandatū vrbani pape quarti. vt ptꝫ. Noni sunt studentes quibus ad sinceritatem p̄hie naturalis obtulit librū questionū de aīa. Et de spūalibꝰ creaturis. ⁊ de substantijs separatis. ⁊ expositionē libri de causis in quibus oīa sunt roni ⁊ fidei cōsonā ⁊c̄. Decimi sunt contēplatiui solitariaꝫ vitam agentes q̄bus ad altiorem eleuationē mentis in deū obtulit expositionē ſup librū dyonisij de diuinis noībus: ⁊ de angelica hierarchia vt satis patet.

Undecimi sunt religiosi mendicantes: quibus ad sui ꝓtectionē obtulit cōtra impugnātes religionē. Duodecimi sunt monachi: q̄bus ad sui refrigerium ⁊ solatiū obtulit expositionem ſup cantica canticoꝝ. Nam cuꝫ papa Gregorius decimus ordinasset celebrare concilium apud lugdunū mandauit ꝑ litteras sancto thome vt prefato cōcilio interesset ⁊ librū quē fecerat cōtra errores grecoꝝ secum deferret. Qui veniēs ⁊ transiens per cāpaniā infirmatus est. ideo declinauit ad monasteriū fosse noue inuitantibus euꝫ Abbate ⁊ monachis. Qui ingressus monasteriū p̄mo intrauit ecclīaꝫ vt oraret ꝓut sui moris erat. Et facta est ſup euꝫ manus dn̄i ⁊ cum deuenisset ad secundū claustrū ꝓphetauit de morte sua dicēs. Hec requies mea in seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eam. Deuenit autē ad locum infirmoꝝ vbi lectuꝫ decentissime parauerant ei. Et rogatus a monachis exposuit eis Cātica canticoꝝ vt in cāticū celestis glorie transferret studium celestis discipline. Completa vero hac expositiōe cepit languor grauiter crescere ⁊ tunc deuotissime petijt sibi dari corpus xp̄i. Quod cum fuisset a monachis reuerenter ad ipsum deportatū de lecto ꝓsiliens ⁊ in terram ꝓstratus sic deuotissime orauit. Sumo te preciū redēptionis aīe mee. Sumo te viaticū peregrinationis mee: ꝓ cuius amore studui: vigilaui: laboraui: te predicaui: te docui. nihil vnq̄ꝫ contra te dixi: sed si quid dixi ignorans dixi: nec sum pertinax in sensu meo sed si q̄d male dixi de hoc sacramento: ⁊ alijs totum relinquo correctioni sancte romane ecclesie in cuius obedientia nunc transeo ex hac vita. Et hijs dictis cum reuerentia ⁊ deuotione maxima suscepit corpus christi. Sequenti aūt die petijt oleum sanctum. i. extremam vnctionē vt ille spūs vnctionis qui eū in vita vnxerat ad celum dirigeret quo tendebat. Quā cum accepisset cōuersus ad celū dixit. In manus tuas dn̄e cōmendo sp̄m meum. Et sic aīam suam deo reddidit. In hora autem transitus sui apparuit quedam stella in modū comete super monasterio predicto q̄ cuꝫ ignoraret̄ quid significaret cū apparuit ostendit prefati doctoris transitū dum cessauit. Nam sancto thoma deficiente: stella defecit. Eadē etiā hora transitus sancti doctoris frater donatus de neapoli existens in camera sua in cōuentu fratrum predicatoꝝ de neapoli: diuinā ⁊ ꝓpheticā habuit reuelationem sic. Uidebat̄ sibi ꝙ sanctus doctor eēt neapoli in scholis ⁊ legeret corā multitudine copiosa tam seculariū q̄ꝫ religiosoꝝ: ⁊ dū legeret vidit beatū Paulum eius scholas intrantē cum societate sanctoꝝ. Cui cū sanctꝰ Thomas vellet occurrere ⁊ descendere de cathedra ap̄lus eidem insinuauit ꝙ lectioneꝫ suaꝫ ꝓsequeret̄. Tunc sanctus Thomas rogauit sanctū Paulū ep̄lm vt diceret si verū intellectū in suis ep̄lis habuisset. Qui respōdit q̄ꝫ sic quantū quis viuens in corpore potest habere. Et adiecit volo vt mecū venias ⁊ ducam te in locum in quo clariorē de his omnibus habebis intellectū. Uidebat̄ q̄ꝫ ipsum per cappā extra scholas secum ducere. Tunc predictus frater cepit fortiter clamare dicens. Succurrite fratres succurrite: q2 frater thomas tollit̄ a nobis. Ad cuius clamorem fratres excitati ⁊ a dicto fratre visionis seriē audientes inuenerūt ꝙ eadem hora visionis sanctus doctor ex hac luce migrauit ad xp̄m. Obijt autē felix doctor Anno dn̄i mil. cc. lxxiiij. die. vij. Martij hora matutinali. Anno vero vite sue. xlix. completo. vt sic in anno iubileo ad patriaꝫ ꝓpriam rediret. Et sic in morte sua non defuerūt ꝓdigia ⁊ signa miranda que eius sanctitatem indicarent. Nam frater Iohānes de ferentino supprior predicti monasterij cum ei visus defecisset: ponens faciem suam super faciem sancti doctoris recuperauit perfectissime visum omnibus videntibus cum corpus sancti doctoris esset in ecclesia ꝓ exequijs celebrādis ad tumulationē. Mulus autē cui sanctus doctor insederat audiēs eiulatus magnos fieri fra-

cto fune quo ligatus erat de stabulo exiuit: et appropiãs feretro in quo corp⁹ sancti docto ris iacebat cũ ipsum vidisset pstratus ad ter rã subito mortu⁹ est. Odor aũt maximus ex ei⁹ corpe exalabat ita vt totã eccliã et mona steriũ redderet odoriferũ. Tandẽ honorifice sepultus est ad laudẽ et gloriã noĩs iesu xpi. Ita vt oẽs iste generationes possint dicere verbum primo ppositũ: scz. Uenit sol vere. Cuius claritatẽ et splendorẽ atqꝫ gloriã. Uidit frater Albertus de brixia cũ oraret in ecclesia ad altare btẽ virginis. vt ptz in legenda. Ecce quomodo sancti thome vita et doctrina in ecclia dei tanto fuit clarior: quanto ab omni inquinamento et errore fuit purgatior. Ita vt de eo dicat. Joh. i. Erat lux vera que illuminat oẽm hominẽ venientez in hunc mundũz. Et sancta mater ecclia hodie festiuat: qm̃ venit sol vere. Per cuius claritatem illuminati: perduci mereamur ad celos beati. Prestante eo qui viuit et regnat in secula seculoꝝ. Amen.

Habes itaqꝫ lector optime sermones floridos quos cõposuit ac predicauit reuerendus Magister Leonardus de Utino sacre theologie doctor excellentissimus: ac sacri ordinis predicatoꝝ pfessor obseruantissim⁹ Quoꝝ plurimos predicauit: florentie coraz tota curia romana ibidem tunc temporis residente tẽpore sanctissimi dñi Eugenij pape quarti. Nonnullos autez venetijs vt ipse alibi pfitet. Neqꝫ vero vno sed diuersis annis eos declamauit: sed nequis grauet in inquirendis de vno tpe in diuersis locis sermonibus: quicũqꝫ circa idem tps sunt cõtigui impressi sunt. Impressit aũt eos arte atqꝫ ipendio solertissimus vir Magister Johannes Trechsel alemãnus in ciuitate Lugduneñ. Anno dñi. M. cccclxvi. die vero. xv. Julij.

Deo gratias.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q. r. f. t. v. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G. H. J. K. L. sunt quaterna M quinternum.

Ad diuũ thomam de aquino quo cõfratrũ suoꝝ atqꝫ doctrine sue amãtissimos atqꝫ obseruantissimos sanctissimo presidio suo tueri dignet metrica precatio.

Splendor aqnatũ: diui sator optime verbi
Instar phebee lampadis irradians:
Omnib⁹ angelice prefulgens lumine vite:
Diuini eloquij flumine quẽqꝫ doces.
Herticos vrens: errorẽ gentibus aufers:
Fidaqꝫ xpicolũ pectora lacte foues.
Doctores alios stellas si dico nitentes:
Te solem in terris quisqꝫ vocare potest.
Deqꝫ tuo (fateor) splẽdore accepimus oẽs:
Quo valeamus iter carpere sydereum.
Proinde dec⁹ nr̃m: doctor sctissime thoma:
Declamatoꝝ gloria precipua:
Qui xpi sponsam (que mater nostra) fideli
Ne labet aut titubet: ducis ad astra gradu
Ecce leonardus vtinensis: magnus amator
Doctrine: cultus: eloquijqꝫ tui
Seqꝫ suosqꝫ tibi cõmendat rite labores
Dans sua presidio dogmata cuncta tuo.
Ergo sinu placido confratrem suscipe charũ
Florida qui nobis hec dedit eloquia
Nos quoqꝫ si deqꝫ meruisse pbabimur ere
Ac studio sanctos multiplicando libros:
Et quicũqꝫ tui fuerit studiosus amator
Ordinis: ad superos duc pr̃ alme choros.

